

De solemnitate alii ultra petitas per Tridentinum ad renunciationis nouitiorum valorem.

SVM MARIVM.

An ad firmitatem huius renunciationis, ne monasterium illa non obstante succedat exigatur, et monasterium consentiat renunciationi nouitij, et renunciatio hereditatis habeat tacitam conditionem, si ea renuncianti deferatur? referatur quadam sententia. n. 1.

Sententia auctoritatis. n. 2. An consilium sit, quod interueniat quoque consensus monasterij. n. 3.

An in renunciatione hereditatis, vel legati, siue delata, siue non delata sint, exigatur consensus monasterij, an potius sufficiat solius Prælati, absque solemnitate in alienatione bonorum Ecclesie petitis, peccetque, teneaturque resistere, si absque causa renuncietur. n. 4.

Quid si hereditas esset adita a nouitio ante professionem? numero 5.

An valeat venditio facta monasterio absque prædictis solemnitatibus relata in tempus professionis. n. 6.

An sufficiat renunciatio tacta monasterij. n. 7.

An in alienatione bonorum Ecclesie, et in hac renunciatione exigatur triplex tractatus. n. 8.

An si quis renunciet iudicium conditionali, ad quod vocabatur, conditione impleta post professionem, succedat monasterium. n. 9.

An monasterio, vel ingrediendi religionem competat ius irritanda renunciationis ratione enormissima. lesionis, ubi competens dos assignata est. n. 10.

Quid si nulla dos recipiatur? n. 11.

An pactum iureiurando firmatum, seu bonorum renunciatio hac lege, si ingressus fuero religionem, valeat? numero 12.

An in hac hereditatis renunciatione debeat fieri mentio legitime. n. 13.

An debeat quoque fieri mentio bonorum, que filiis prioris matrimonij referuntur, transmissis parentibus ad posterum. n. 14.

An oporteat mentionem fieri cuiuscumque hereditatis siue ex testamento siue ab intestato. n. 15.

An oporteat explicare renunciationem fieri, etiamsi omnia posteritas deficiat. n. 16.

An oporteat libertatem relinquere parentibus, et quoquo modo velint de ea disponant. n. 17.

An in hac renunciatione desideretur solemnitates iure ciuili petite. n. 18. et 19.

An desideretur iuramentum? n. 20.

PRIMA solemnitas, de qua iure optimo dubitari potest, est, an exigatur renunciatio quoque monasterij, quod habet ius succedendi, an sufficiat sola ipsius nouitij, quando nouitius renunciat hereditati nondum acquisita? Nam perique existimant renunciationem hanc nouitij quantumcumque iureiurando firmatam, non posse nocere monasterio, quando nouitio iam professo obeunt parentes, quorum hereditati renunciat, atque ita dicunt plene in eam tunc successurum monasterium, perinde ac si nulla renunciatio a nouitio præmissa esset. Deuntur, quod renunciatio habeat tacitam conditionem, si renuncianti hereditas deferatur, ac ea non delata corrui, vt ultra Doctores statim allegandos docent Paulus I. qui superstitis. 93. num. 3. ff. de acquirenda hereditate. et ibi Imola num. 1. idem Paulus I. pactum dotal. 3. num. 7. C. de collat. et ibi Alex. num. 7. Decius num. 18. Rolandus conf. 11. num. 2. et 5. vol. 1. Cephalus conf. 34. num. 18. et 41. et conf. 143. num. 19. et 48. vol. 1. et conf. 405. num. 5. vol. 3. Natta cap. quomodo pactum, de pactis. ip. 6. part. 2. nu. 87. (habetur tom. 6. ar. adit. num. part. 2.)

Menchaca I. si quando. §. illud. num. 56. C. de inofficiosa re. flamento. Suarez I. quomiam in prioribus an declar. ad l. regni, limitatione 4. num. 5. Maranta in suis disputationibus iuris ciuili. disputat. 10. num. 14. Surdus conf. 85. num. 33. et conf. 133. num. 18. et conf. 437. vol. 1. et conf. 332. num. 5. vol. 3. et conf. 264. num. 44. vol. 2. Sed tempore delationis non deferatur monacho tanquam iam per professionem incapaci, sed immediate deferatur monasterio capaci succedendi (vt iuxta vetiorem opinionem defendemus infra) ergo cum monasterium non renunciat, merito succedet non obstante monachi renunciatore, quæ nullius proflus utilitatis fuit, sed omnino corrui deficiente conditione tacite inclusa, si hereditas sibi deferretur. Nec obstat, si dicas intelligi in ea conditione, si renuncianti deferatur hereditas: nam suppleturum est, vel alij loco eius, vel ex eius persona, vel causa. At impleta est conditio, quia monasterio deferatur hereditas ex persona monachi, et eius causa. Sed hoc (inquam) non obstat, quia causam delationis monasterio esse professionem monachi, non mutat sententiam rei, et sic delatio hereditatis monasterio fit iure proprio: nam licet pater causa sit, vt eius filius succedat aucto, non tamen successio nepotis regulariter secundum caput patris, sed ex propria persona. I. si sit nepos. ff. de collatione dotali. Secundo, quia renunciatio censetur facta eo momento, quo hereditas deferatur, quasi tunc impleta conditio, et ab eo tempore incipit habere effectum, vt tradit Paulus ea l. pactum dotali. num. 7. et ibi Alexand. num. 7. idem Paulus d. l. qui superstitis. num. 3. Cephalus conf. 143. num. 48. vol. 1. Cum ergo tempore, quo deferatur hereditas, sit monachus incapax renunciatore, ea renunciatio carebit proflus effectu. Quippe idem est fieri rem tempore inhabili, et refferri ad tempus inhabile. I. quod sponsa. C. de donationibus ante nuptias. Nam si actus impeditur, veniat ad casum, à quo non potest incipere, vitabitur. l. pluribus. §. et si placeat. ff. de verborum obligat. Tandem id probatur ex doctrina Pauli l. finali. num. 5. C. de bonis, que liber. in fortioribus terminis hoc tenentis, vbi ait, si filia iureiurando renunciat bonis matris superstitis, et postea mater obiit viuentis filia, renunciatorem carere effectu respectu patris; quippe intelligitur sub conditione, si ei deferretur hereditas. At cum mater præmoriatur, dicitur hereditas delata filie, quo tempore iam repudiare nequit obstante patria potestate: ergo simile est in nostro casu. Et ideo hanc sententiam, que valde probabilis est, sustinet Marian. Socinus senior toto conf. 183. vol. 2. et l. 2. numero 5. ff. de his, que pona nomine. Ruinus conf. 204. à numero 8. usque ad finem. vol. 1. vide Socin. inter consilia eiusdem Ruini, conf. 205. numero 1. et 15. vol. 1. Felinus inter eadem consilia, conf. 206. numero 5. Corneus inter eadem consilia, 100. conf. 207. idem Corneus 100. conf. 272. lib. 3. Bolognetus l. final. numero 114. C. de pactis. Beccius conf. 74. numero 13. vol. 1. Tello latissimè. 6. Tauri, à numero 55. usque ad 63. Rojas epitome success. cap. 7. numero 30. Seraphin. de priuilegiis instrumenti. priuilegio 21. numero 39. ad finem. et num. 37. sine. Spino speculo iurament. gloss. 12. principali. num. 51. Iacobus de Bereta conf. 70. num. 2. paulo ante vers. seu ad his. vol. 1. Azor tom. 2. instit. moral. lib. 2. cap. 28. §. 6. sine. et fauet Alciatus l. final. numero 67. C. de pactis. vbi ait valere hanc renunciationem, si cum filia, et monasterio pascatur pater.

Vertius tamen est, non esse necessariam monasterij renunciationem, sed ea facta à solo nouitio, exclusionem monasterium ab hereditate post professionem delata nouitio. Ducor, quia monasterium non succedit in bona professi, nisi quatenus professus ille, cuius personam repræsentat, habeat succedendi eius. At quando prius nouitius renunciat, nullum ius succedendi habet, etiamsi professus non esset: ergo nec monasterium habet illud ius. Nam absurdum est plus iuris monasterio ex monachi

monachi persona concedere, quam ipse monachus si sui iuris perseuerasset, habiturus esset. Quam in hac materia longè fortius, et pinguius ius sit, quod quilibet ex persona sua, quam quod ex alterius persona consequitur, argument. text. in §. finali. instit. de vulgar. et l. qui liberis. §. hac verba. ff. eodem tit. et l. si paterfamilias. ff. de heredit. instit. Secundo, quia dum traditur hereditatis renunciatorem habere tacitam conditionem, si hereditas deferatur, intelligendum est, si deferatur ipsi renuncianti, vel alteri ex eius persona, vel eius ratione, et causa. Nam tunc renunciatore ab initio valida referatur ad hereditatem futuram, que vel ipsi renuncianti, vel alteri iure ipsius renunciantis delata sit. At in presenti deferatur monasterio hereditas ex persona monachi, et non alia ratione, nec causa. Cum ergo iam monachus ille per renunciatorem fuisset ab ea hereditate exclusus, nullum ius in ea consequitur monasterium. Nec obstat contraria: nam ad 3. constat ex ratione hac proximè adducta. Ad replicam respondeo, diuersam esse rationem in nepote, quia tanquam legitimus descendens est heres necessarius aui præmortui, et ex propria persona succedit, vt tradit cum aliis Couar. de pactis. 3. p. 8. 1. num. 7. et §. 2. num. 4. et vlt. At monasterium non est heres necessarius, nisi quatenus personam monachi repræsentat, et eius ratione, et causa; et ideo monacho eo mortuo ante ipsius parentes, nulla ratione parentibus succederet. Nec obstat secunda ratio; quia quando renunciatore fit tempore habili, et postea aduenit casus, in quem collata fuit, censetur negotium contractum esse tempore renunciantis, et ad illud retrotrahitur. In re empir. ff. de contrahendis emptio. l. 1. et l. potior. §. videamus. ff. qui potiores in pignore habeantur. Tandem non obstat doctrina Pauli in contrarium adducta, quia de eius veritate consulendi sunt Couar. et Menchaca statim allegandi, et Molina 1. 3. de iustitia. disp. 579. num. 18. et licet eam tueantur, Menchaca statim referendus conatur ibi probare, diuersam esse rationem, quam in casu nostro. Et ideo pro hac sententiam est ferè expressè Decius conf. 31. num. vltim. vol. 1. vbi ait nullatenus integrum esse monasterio lesionem aliquam ex monachi renunciatore intentare, nisi eam, quam possit ipse monachus in seculo manèss: et in propriis terminis eam tenet Cagnolus l. final. in 1. edic. num. 195. in 2. num. 15. C. de pactis. et ibi Putpuratus num. 171. et 172. Couar. cap. quomodo pactum, de pactis. in 6. 3. p. 5. 2. num. 3. et ibi Gutierrez §. dum nupti tradebatur. num. 1. Gama dec. 375. num. 5. Mens ad additionem. quibus vicibus obtinuisse. Menchaca de success. l. 2. §. 28. à num. 95. usque ad 97. Bæza de non melior. fil. cap. 1. 4. num. 31. Benedictus Egidius l. Tuis si non nupterit. 100. p. 1. num. 51. tit. de contr. et demonstrat.

Quamuis autem iuxta hanc sententiam non sit necessaria renunciatore monasterij, at est valde vtile, et consilium cautissimum esset, illam procurare, ad virandas varias Doctorum opiniones, et licet, que ex ea varietate oriri possent. Et ita docent Purpuratus l. finali. num. 174. et 175. sine. Cagnolus ibi, in antiqua editione. numero 194. in noua. num. 115. Couar. de pactis. 3. p. 5. 2. n. 3. vers. contrariam sententiam. Gutierrez ibi. num. 1. Bæza eo num. 31.

Insuper aiunt Couar. et Gutierrez ibidem, esse factum consilium, vt accedat renunciatore nouitij consensus Prælati, et conuentus, quia in acquirenda illa hereditate possunt monasterio præiudicare. Quamuis autem non dubitem id esse tutius, vt potere quod nulli opinionum periculo subest, non existimo tamen necessarium: et multo minus necessarium est consensus monasterij, quia cum ea hereditas nondum sit acquisita, nec delata, sed acquirenda, et deferenda, potest solus Prælati ex petitis ad alienationem bonorum Ecclesie, vt in propriis terminis docet Petrus Caua-

los conf. 104. à num. 1. usque ad 4. vol. 1. et alij quos adducemus num. 7. et in fortioribus terminis, nempe in hereditate iam monasterio delata, nondum tamen adita, et in legato iam delato, probauit multos Doctores allegatis, et contrariis respondi lib. 6. de matrimonio. disp. 4. num. 1. et 12. quamuis in hereditate illa iam delata, et in legato non desint contrarium tenentes, quos ibi retuli, et ultra illos id probat alios allegans, dicens exigi consensum Capituli in renunciatore hereditatis. Berouis cap. 1. num. 108. de in integrum restit. et Tapia auctorem ingressi. verb. ipso ingressu. in princ. num. vol. C. de sacrosancti. Eccles. et latè Marchabrunus ab Anguillis conf. 30. num. 253. et sequentibus. volum. 1. Simon Cetus tract. de decreto. lib. 3. tit. 8. inspect. 9. à num. 63. et loquens de hereditate, et de legato Vincentius de Franch. dec. Neapolitan. 14. à num. 17. vol. 1. et Menoch. de arbit. lib. 2. cap. 171. num. 52. et conf. 73. num. 8. et sequentibus. volum. 1. At contrarium est verius, et vltra Doctores ibi allegatos, tenent Rolandus latè id probans conf. 15. à num. 23. usque ad finem. vol. 1. Decius conf. 269. num. 8. vol. 2. Redoanus de rebus eccles. non alienand. cap. 12. à num. 9. Cuallos proximè citatus, Iacobus de Bereta conf. 70. num. 1. vol. 1. et conf. 5. à num. 21. eodem vol. 1. Roman. 100. conf. 183. et ibi Horatius Mandolusius in addition. Quintilian. Mandolusius addit ad Lapum allegatione 25. vers. penult. et vltim. vbi et alios refert Burlatus conf. 50. num. 32. vol. 1. concludens num. 37. cum Benedicto de Castro pro ipsum allegato, in tali remissione iuris quærendi facta per Prælatum, nec solemnitate aliquam, nec alterius superioris licentiam requiri, et conf. 55. à num. 21. eodem vol. 1. Et quamuis peccet sic repudians absque iusta causa, et teneatur ex bonis propriis, aut peculio, si que habet, restituere Ecclesie absque solentate, vt vtrumque probauit lib. 6. de matrimonio. eadem disp. 4. num. 1. 4. et 15. ibi num. 17. probauit fecus esse si Prælati vellet cedere, seu renunciatore hereditati illi in alieuius fauorem, alius non successuri, nisi ex hac renunciatore, seu cessione in fauorem suum facta: hæc enim solemnitates prædictis indiget, quod sit vera donatio, et alienatio, eo enim ipso quod cedit tacite, et prius natura hereditatem adit: licet non desint qui dicant vltra in ea renunciatore, quos retuli ibi num. 16. et ibi ibi allegatos, quod in hac renunciatore non sit opus solemnitatibus, tenent Burlatus conf. 55. num. 21. vol. 1. Vincentius de Franch. latè probans dec. 14. Senatus Neapol. num. 25. et 26. dicens sic decidisse illum Senatum.

Si tamen hereditas esset adita a nouitio ante professionem, nec illi renunciatore, nequit Prælati post professionem repudiare absque iuris solemnitatibus, quia cum per professionem viuens monachi bona transeat in dominium, et possessionem monasterij, vt infra dicemus, ea repudiatio esset rei perfectè acquisitæ, et sic vera rerum Ecclesie alienatio; et sic docet Cualcanus dec. 1. n. 12. p. 3. Iacobus de Bereta cum aliis per ipsum allegatis eo conf. 70. num. 2.

Quare optimè dixit Bimius conf. 32. à num. 11. usque 6 in finem. vol. 1. non valere venditionem, qua monachi vendunt bona immobilia nouitij in tempus professionis absque solemnitatibus iuris. Quia venditio illa effectum suum fortit nequit, nisi acquiratur dominium illorum bonorum; eo autem acquisito sunt bona ecclesiastica: secus autem ait esse, si nouitius consenserit venditioni, quia tanquam rei illius dominus poruit.

Sufficeret autem renunciatore tacita monasterij illius hereditatis delata monacho, et nondum ab illo adita, vt si patiatur conuenientibus oculis eam ab alio monachi consanguineis possideri, et quos forte Abbas, et monachi pietate mouentur, vel affectu, vt optimè tradit Baldus auctent. si qua mulier. num. penult. C. de sacrosancti. Eccles. et Ambros. de Opiz in reperiene l. filiusfamilias.



§. Dicitur. num. 76. ff. de legat. 1. & Vincentius de Franch. decisio Neapolit. 1. 4. num. 16. p. 1.

8 Frustra autem Monterolus in sua practica tractatu 7 in scriptura renunciationis nouitix cum consensu monasterij ponit tres tractatus, quasi illi necessarij sint; quippe etiam in rei ecclesiastica alienatione non sunt necessarij tres tractatus, sed vnus sufficit, quod satis significat Gloffa cap. 1. verb. tractatus de rebus Ecclesia non alienandis, in 6. dum dicit vtile esse repetere tractatus, quasi sentiens id non esse necessarium. Quod idem innuit ille textus mentionem tractatus in singulari faciens, & tenet multis citatis Auendaño de exequend. mand. Reg. p. 1. cap. 4. num. 34. Quod intellige, nisi aliud induxisset consuetudo, quia licet consuetudine nequeant solemnitate petite in alienatione rei Ecclesie minui, vt pulchre cum duodecim fallentis tradit Felinus cap. cum causam. num. 1. de re iudic. at postulat ex solemnitate augeri, vt bene tradit Auendaño eo cap. 4. num. 35. vers. & hanc opinionem. Si ergo tres tractatus non peruntur in alienatione hereditatis aditæ, nedum in renunciatione nondum aditæ, immo nec delatæ petentur.

9 Ex prædictis deducitur primò, si quis renunciet fideicommissio conditionali quod vocabatur, & postmodum ingressus fuerit religionem, at post professionem conditio fideicommissi cenerit, nempe mors illius, qui grauatius fuerat restituere, non posse monasterium consequi id fideicommissum, quod ea renunciatione legitimo tempore facta excludit. Sic Couarr. de pactis. 3. p. §. 2. num. 3. vers. non obicit.

10 Secundo deducitur, nec monasterio, nec ingredienti religionem competere ius irritandæ huius renunciationis nomine enormissimæ lesionis, si nouitia contenta dote competenti pro sui, ac monasterij qualitate, & consuetudine renunciat cum iuramento reliquæ parentum hereditarij opulentissimæ, ex qua in quintuplo, & longè maiori quantitate obtinere debebat legitimam partem, quia nec mulier illa esse læsa, nec monasterium non mulier, quia prudentissimè cum statum elegit, & bona illi competentia, & nisi reliquis renunciasset, in ea non ipsa, sed monasterium succederet non monasterium, quia læsio supponit id, in quo quis dicitur læsus, esse suam, aut aliquo modo illi debitum. At bona huius renunciationis nec eo tempore erant monasterij, nec illi vnquam debita, vt pote quod tantum habet ius succedendi quando ante professionem illis renunciatum non est; & ita tradunt Aymon conf. 160. num. 1. vol. 1. & conf. 938. num. 8. vers. secundo respondeo. vol. 5. Decius conf. 371. num. ult. vol. 1. Cephalus, quamuis obscure, conf. 467. num. 59. sine. vol. 4. Petrus Cauillos conf. 104. a n. 17. vsque in finem. vol. 1. Cottar. cap. quamuis pactum. 3. p. §. 2. num. 5. & ibi Gutier. §. dum nuptus tradebatur. numero 3. Molina lib. 2. de primogen. cap. 3. num. 27. Burgos de Paz conf. 5. a num. 3. vsque ad 7. vol. 1. Menchaca de success. creatio. lib. 2. §. 18. num. 100. & 118. & melius a n. 129. concludens num. 130. sic obferuari. Ioannes Garzia de nobilitate. gloffa 17. num. 10. Mandel. conf. 304. num. 20. vol. 2. & ibi Vincentius Annibaldus eius addicator, Marcus Antonius de Amatis in decisionibus Rote provincie Marchia. decisio 46. num. 24. & 25. Stephanus Gratianus in decisionibus eiusdem Rote Marchia. 1. p. decif. 40. a num. 3. vsque in finem. Cauillos in suis questionibus communibus. quest. 115. num. 75. Azor tomo 2. anst. mor. aliq. lib. 2. cap. 28. quest. 5. alter Molina tom. 3. de iust. disp. 579. num. 17. & absolute monachos non posse allegare in renunciationibus lesionem etiam enormissimam, tenet alios allegans Fuluius Pacianus conf. 132. numero 68. vol. 1. Quare minus bene Cephalus conf. 62. num. 14. & sequentibus. vol. 1. contendit renunciationem cuiusdam nouitix fuisse nullam ratione enormissimæ lesionis.

11 Immo valet id pactum, etiam si nouitia nullam dorem recipiat. Quia potest id iuramentum absque peccato feruari; atque multis alijs citatis tenet Couarr.

eadem §. 2. num. 4. vers. 3. ratio. Gutierrez eodem cap. quamuis pactum. §. vt dote contenta. num. 1. Seraphin. de privilegio iur. privileg. 21. num. 15. Antonius Gomez l. 22. Tauri. num. 7. Morquetus de diuisione honorum. lib. 4. cap. 5. num. 63. Menchaca eodem §. 18. num. 103. & 104. ultra alios, quos ibi refert, quorum opinionem dicit Azor si bi magis placere tom. 2. institut. moral. lib. 2. ca. 28. §. 7.

12 Sed vrgentius dubium est, an valeat pactum iurando factum, seu renunciatum iurata lub hac conditione, si ingressus fuero religionem. Negant quidam, sicut si conditio sit, siue ingrediar, siue non, quod ea conditio turpis sit, vt pote quæ ad religionis ingressu auerit. Sic Purpuratus l. finali. num. 171. 172. 173. de pactis. & ibi Bolognetus mon. 114. & ibi Curtius iunior num. 1. & ibi Cagnolus in 1. edit. num. 191. & 194. in 2. numero 115. Bartholom. Socinus inter consilia Ruini. conf. 205. num. 6. vol. 1. Seraph. de privilegijs iur. ameni. privileg. 21. num. 37. idque limitant Purpuratus, Cagnolus, & Bolognetus ibi, nisi id pactum inearat, quando quis est proximus, & dispositus ad ingressum, quia non est verisimile fore, vt tunc ob id pactum retrahatur. Ceterum existimo id pactum subsistere, quod minimè ad religionis ingressu retrahatur: eum enim religionem ingrediens voluntariam paupertatem eligat, abdicatio bonorum non retrahit ab hoc ingressu. Et ideo hanc partem fastineat Bart. ea l. fin. in 1. lectura. num. 66. fin. & num. 9. & ibi Decius num. 28. Couarr. de pactis. p. 3. §. 2. num. 4. vers. 3. ratio. Mieres de maiori. in 1. edit. 2. p. quest. 3. Riminald. iunior conf. 164. num. 12. vol. 2. Menchaca de success. resol. lib. 3. in 1. si quando. §. illud. num. 39. C. de iussu. testament. Molina tomo 3. de iust. disp. 579. num. 16. & tomo 1. disp. 207. Velasquez de partition. cap. 16. num. 4.

13 Insuper est sanum consilium, vt in hac hereditatis renunciatione expressè etiam mentio fiat de renunciatione legitimæ paternæ, & maternæ, & non solum explicetur hereditas paternæ, & maternæ, quia sic obuiatur contrarijs opinionibus, quas referemus cap. sequenti. num. 3. & 4. & sic docet Gutierrez c. quantum pactum. §. omnino seruari debet. num. 6.

14 Præterea, vt plena sit renunciatio, in ea non sola hereditas, & legitima explicanda sunt, sed etiam bona, quæ parentes habuerint ex filiis prioris matrimonij, si forte eos habeant, quia in renunciatione hereditatis paternæ, & maternæ, & legitime hæc bona non comprehenduntur, vt dicemus cap. sequenti. num. 7.

15 Item oportet, vt renunciatio fiat hereditatis cuiuscumque tam ex testamento, quam ab intestato, tum quia renuncians legitimæ, & hereditati parentum, non censetur renunciare hereditati consanguineorum ab intestato, vt dicemus cap. sequenti. num. 6. tum etiam, quia aliqui sentiunt renunciationem hereditatis paternæ id tantum operari, ne renuncians possit venire contra testamentum paternum, non autem ab intestato ei succedat, vt dicemus cap. sequenti. num. 1. & ideo ad tollendas huiusmodi dubitationes consilium est hoc exprimere.

16 Deinde consilium est, vt renuncians explicet se in omnem euentum renunciare, etiam si omnes parentum descendentes intereat, quia renuncians absolute censetur renunciare in fauorem aliorum descendentium, atque ita illis postea mortuus succedit in bona paternæ, vt dicemus cap. sequenti.

17 Præterea, si renuncians, aut parentes velint, vt remaneat parentibus libera bonorum, quibus renunciat, dispositio; vt possint cuiuscumque descendenti, vel extraneo ea liberè relinquere, oportet id in renunciatione exprimi: nam hoc non expresso, eum renunciatio censetur facta in fauorem descendentium, succedent illi in ea bona, sicut in alia parentum.

18 Sed an in hac renunciatione desiderentur solemnitates iure ciuili petite, vt si renuncians sit minor, iuramen-

juramentum, si renunciet hereditati parentum in fauorem ipsorum, similiter iuramentum, & insinuatio, si excedat quingentorum solidorum quantitatem; & an interuenire etiam debeat auctoritas curatoris, & decretum Iudicis, graue dubium est: nam vera sententia contra Marianum tractat. oblat. libel. 9. quest. 5. docet non posse minorem disponere ad pias causas absque iuris solemnitatibus, nempe, sine auctoritate curatoris, atque etiam sine decreto Iudicis, si res alienandæ sint immobiles, vt tradunt per l. 2. §. voto. ff. de pollicitationibus. Innoc. cap. in presentia. num. 5. de probationibus. & ibi Hostiens. num. 8. Ioan. Andr. num. 15. Antonius num. 55. Abbas num. 11. Decius in noua edit. numero 97. Bellamira num. 15. Berouius in num. 160. vsque ad 164. Ferretus num. 26. Manrua. num. 24. Tiraquel. de legibus contrahibilibus. §. 8. num. 167. Fracutus in suis quest. in materia peiorij. quest. 4. num. 7. Angelus verb. minor. num. 2. & ibi Tabiena quest. 2. num. 3. Armilla sine. Spino speculo testamentorum. gloffa. 12. principalis. num. 47. Mandosius addit. ad Lapum. allegat. 25. verb. accessorius. Caldas l. si curatorem. verb. hunc contrarium. num. 31. C. de in integrum restitut. Rebellus de iusticia. p. 2. lib. 1. quest. 8. sect. 5. num. 50. Præterea secundum ius commune minor viginti quinque annis non potest donare etiam cum decreto Iudicis, & auctoritate curatoris, vt probant multi, quos refert, & sequitur Menochius conf. 29. num. 1. 4. lib. 1. & conf. 388. num. 1. vol. 4. & de arbitrio iud. lib. 2. casu 171. numero 43. & de recuperat. poss. remedi. 15. num. 162. & loquendo in speciali de his, qui ingrediuntur religionem, docet Decius cap. in presentia. noua editione. num. 248. de probat. minore prodigum, vel aliis inhabilem, ex eo quod velit ingredi religionem, non habilitari ad disponendum cæui, in quo alijs prohiberetur, nisi ad illud, quod in consequentiam venit ex ipso ingressu, vel nisi conferatur dispositio in piam causam; & Natta conf. 180. num. 7. vol. 1. dicit donationem factam à minore volente ingredi religionem, sine auctoritate tutoris, & decreto Iudicis valere, si fiat monasterio; quia non præiudicatur minori, eo quod monasterium habeat ius succedendi in illius bona: secus si donatio fiat alius tempore ingressus, quia tunc ait non valere; & Rebellus citatus eo num. 50. tradit ante ingressum absque iuramento, & auctoritate tutoris non posse minorem disponere, secus post ingressum ante professionem. Mandos. verò citatus ait, quod donatio absque curatore tunc valet, quando est accessoria personæ, vt si quis se, & sua donet religioni; consonat Lapus numero 3. dicens dispositionem vt accessariam ad ingressum valere.

19 Dicendum factam à minori intuitu ingressus, etiam si fiat in fauorem personæ priuatæ, validam esse, quamuis in ea donatione non oblerentur prædictæ solemnitates à iure requisitæ in dispositione minorum. Colligitur hæc conclusio ex aliquibus Doctoribus citatis; & eam latius probat Berouius eo cap. in presentia. a num. 153. quem alij plures sequuntur. Ducor, quia in cap. de his in fin. de sepulchris. qui textus loquitur de volentibus transire ad loca religiosa, sic dicitur; liberum est eis tunc bona sua non solum religiosi, sed etiam quibuslibet priuatis conferre personis. Vbi notandum est, verbum liberum est, quod importat abique alicuius auctoritate, & licentia, & dispensatione, vt tradunt Gloffa Clem. 2. verb. liberè. & ibi Imola num. 13. & Cardinal. §. vt factus. num. 2. de iure patronatus. & Gloffa Clem. finali. verb. liberè. de acce. & qualitate. & ibi Imola num. 1. Cardinalis num. 2. notab. 3. & Clem. dudum. §. & ab olim. quest. 19. num. 20. de sepulch. Importat etiam nullius contradictionem, vel iuris impedimentum obstat, vt tradunt Card. de Clem. finali. num. 2. Alexand. l. si mihi. & Titio. in princ. num. 1. ff. de verb. obligat. Secundo ducor, quia in §. illud quoque. authent. de monachis, obicitur volentibus ingredi religionem, quo voluerint

modo vti bonis; quæ verba solemnitatem legis remouunt. l. 1. ff. de militari testamento. & l. 1. C. de sacros. Ecclesie. nec restringuntur ea verba ad donationem, quæ fit monasterio, nec ad testamentum; verbum enim (vbi) generale est ad omnem dispositionem etiam inter viuos; & quamuis textus non loquatur expressè de minori; at ratio in textu addita, nempe, post ingressum abdicandum esse rei dominium, præcedit etiam in minori. Et hoc quidem verum est, vt tradit ibi Berouius eo num. 155. & probant rationes prædictæ, non solum quando nouitius iam effectus disponit, sed etiam quando antea intuitu ingrediendi religionem. Atque ita Abbas in cap. in presentia. num. 54. de probat. Rotel. verb. legare. num. 17. Angelus verb. minor. num. 2. & ibi Syluester fin. & ibi Tabiena quest. 2. numero 3. Armilla fin. Ludouicus Lopez lib. 2. de contrahib. cap. 39. quest. 5. notab. 5. aiunt absolute minorem intrando religionem posse testari, vel aliter de rebus suis disponere abique curatoris auctoritate, & decreto Iudicis, quia fingitur mori.

20 Vnde infertur, non esse necessarium iuramentum in hac minoris renunciatione, ne tanquam minor possit restitui, iuxta authent. sacramenta pub. C. si aduersus vendit. quia cum disponat abdicando à se dominium, vt paupertatem religionem in religione obierit, efficit id, quod prudentissimus quisque faceret, in quo euentu non datur restitutio minori. l. verum. §. sciendum. ff. de minoribus. & l. finali. C. de restitut. in integrum; atque Sforcias Oddo de restitut. in integrum. p. 1. quest. 15. tomo 1. art. 12. ex multis probat, minorem facientem actum pium, et si omnia bona donet, non iuari beneficio restituitis.

C A P V T .VII.

Quæ bona comprehendantur in hac nouitorum renunciatione, & in quæ tanquam comprehensa succedat post professionem monasterium, non obstant ea renunciatio.

S V M M A R I V M.

- Renuncians hereditati parentum non potest succedere circa ipsorum testamentum, nec ab intestato. n. 1.
- Is filius præteritus in paterno testamento nequit illud rumpe- re. num. 2.
- An ea renunciatio excludat filium à legitima? referunt que- dam sententia. n. 3.
- Explicatur sententia auctor. n. 4.
- An possit petere alimenta, quamuis hinc iuri cum iuramento renunciasset? n. 5.
- An excludatur hic renuncians ab hereditate fraternitatis? numero 6.
- An excludatur à bonis, quæ alteruter eius parens transfrens ad secundas nuptias comparat ex filiis prioris matrimonij? num. 7.
- An excludatur à bonis maioratus feudis, vel emphyteosibus? n. 8.
- An excludatur à bonis, quæ sunt de franco? n. 9.
- An possit à parentibus hæres institui, vel donatio inter viuos, aut legato aliquid ab eis accipere; & commissarius ad faciendum testamentum post hunc institueri? n. 10.
- Quid si renuncians iurasset se nec ex testamento, nec ab intestato successurum? num. 11.
- An hic institutus recuperet iura sui patris, & transmittat hereditatem non aditam ad suos hæredes? n. 12.
- Quid si ea renunciatio fiat conditio testamento, in quo renuncians instituitur etiam? n. 13.
- Quid si solis verbis generalibus instituit pater filius hæredes, aut solos filios, qui non renunciantur, & postea legat aliquid absolute filijs? n. 14.



*Quid si renunciatio sit facta patri in favorem alicuius filii, vel ipsi fratribus?* n. 15.  
*An sit utilis ad eius renunciacionis valorem acceptatione fratrum?* n. 16.  
*Speculanda est causa, ob quam renunciatio sit, & ea cessante evanescit.* n. 17.  
*Hec causi in dubio mentis renunciacionis est ex coniecturis deducenda.* n. 18.  
*Quando existunt alij renunciacionis fratres, an in dubio presumatur facta ipsorum favore, & ipsi, ac omnibus descendenti- bus mortuis pereat?* n. 19.  
*Quid si nec tempore renunciacionis, nec tempore mortis paren- tis existent alij descendentes?* n. 20.  
*Quid si tempore mortis alij fratres existant, & repudiet ha- reditatem?* n. 21.  
*Quid si solus super sit filius naturalis parentis?* n. 22.  
*Quid si sola sorores super sint? referitur quadam sententia.* n. 23.  
*Explicatur sententia auctoritatis.* n. 24.  
*An corrumpat omnibus descendenti- bus mortuis, quando renun- ciatio est facta ob dotem receptam?* n. 25.  
*Quid si facta esset, ut ex his bonis institueretur maioratus?* n. 26.  
*Quid si renunciacionis stipularius est pro se, & suis heredibus?* n. 27.  
*Quid si fuerit causa proficendi in religione? referitur quadam sententia.* n. 28.  
*Sententia auctoritatis.* n. 29.  
*Quid si in eum finem facta esset, ut institueretur opus pium?* n. 30.  
*Quid si super sit descendens quando moritur parens, & illo vivo renunciet, & quando satis sit condictionem momento impleri?* n. 31.  
*Quid si renunciacionis fiat solo masculorum favore, & super sit sola nepes ex filio, vel filium, & nepis ex alio filio? memo- ratur.* n. 32.  
*An filius naturalis possit institui haeres a patre, relicto solo filio legitimo, qui haereditas renunciatur? referitur quadam opinio.* n. 33.  
*Explicatur sententia auctoritatis, & lex regia 10. Tauri.* n. 34.  
*Quid si extret nepos filii renunciacionis?* n. 35.  
*Quid si iam ille filius legitimus erat in religione capaci pro- fessus?* n. 36.  
*Renunciacionis haereditatis paterna an nocet nepotibus, quando mortuus est assu vivo eorum parentis?* n. 37.  
*Quid si omnes alij descendentes obissent?* n. 38.  
*Quid si ea renunciacionis non facta fuisset contemplatione alicuius?* n. 39.  
*An possit filium consentire se exheredari in praidicium nepo- rum?* n. 40.  
*An quando renunciacionis vivit vivo parente, eius renunciacionis nocet nepotibus referitur quadam sententia.* n. 41.  
*Sententia auctoritatis.* n. 42.  
*Quid si tunc venret nepos ad successione aui cum suis aum- culis?* n. 43.  
*Quid si parens dote recepta renunciasset?* n. 44.  
*An dos illa sit computanda in legitimam nepotum?* n. 45.  
*Quid si nepotes sint haeres renunciacionis?* n. 46.  
*Quid si agant in haeres illius, vel si parens renunciacionis pro se, & suis heredibus?* n. 47.  
*Quid si parens promissit emulionem?* n. 48.  
*An renunciacionis haereditatis adita reuocetur natiuitate filio- rum?* n. 49.  
*Quid si tam non sit delatus referitur quadam sententia.* n. 50.  
*Sententia auctoritatis.* n. 51.  
*Quid si renunciacionis haereditatis illius sit in alienius favore?* n. 52.  
*An legato relicto alieni, si professus fuerit in religione, possit ipse renunciare?* n. 53.  
*An dicta de renunciacione haereditatis ascendenti- bus facta a descendenti- bus, sint dicenda de renunciacione haereditatis a descendenti- bus facta ab ascendenti- bus?* n. 54.

*An quoties corruat renunciacionis, & succedit renunciacionis succedat monasterium haereditatis capax, in quo ipse est professus?* n. 55.

**Q**UAMVIS haec quaestio non sit peculiaris in noui- tiorum renunciacione, sed aequè locum habeat in quorūcumque aliorum renunciacionibus, vt tamè plenius sit tractatus hic, & vt sciatur in qua bona succedat monasterium post nouitij professionem, nihil obstanti priori eius renunciacione, oportet quaestione hanc enodare, quod breuiter aliquibus conclusionibus fiet. Prima conclusio sit. Haec haereditas renunciacionis absque vlla limitatione facta excludit renunciacionem ab omni successione tam ex testamento, quam ab intestato paren- tum, quorum haereditati renunciatur; atque ita non solum non succedit circa testamentum illorum, in quo ipsum praeteritur, sed nec etiam ipsis ab intestato decedentibus succedit. Haec est contra aliquos, quos referunt auctores citandi, qui aiunt à sola successione ex testamento excludi, ac proinde illum succedere paren- tibus ab intestato; quod etiam sustinet Bald. *confil.* 437. *num. 1. vol. 1.* quia hi ita decedentes videntur tacite filium renunciacionem ad successione cum aliis admit- tere. Sed ea tacita coniecturis deducitur, & nostra con- clusio satis aperte probatur ex cap. *quamuis pactum, de pactis in 6. ibi;* nullum ad bona paterna regressum habebit. At vtique haberet, si potestur iure successione ab in- testato: & ideo hanc tenent Dominicus, Franciscus, Nat- ta, Bart. Alex. Parisius, quos refert, & sequitur Couar. *cap. quamuis pactum. 2. p. 5. 3. num. 5. & ibi Gutier. §. omni- no seruari debet. man. 1.* Crocius l. stipulatio hoc modo con- cepta. *num. 45. ff. de verborum obligat. Seraphin. de priuile- gijs iurament. priuilegio 21. num. 14.* Menchaca de successi- gis iurament. priuilegio 21. *num. 113. & num. 119.* Antonius Gomez l. 22. *Tauri. num. 8. & 9.* Menochius multis rationibus probans *conf. 6. 1. num. 8. vol. 1.* Molina *tom. 3. de iustitia. disp. 1. 79. num. 1.* Guido Pancirolus *confil. 62. num. 1. vol. 1.* Carolus Puteus *conf. vnic. num. 37.* habetur post consilia Sfortis *tom. 1.*

Hinc deducitur, huiusmodi filium praeteritum in tes- tamento paterno, aut in eo exheredatum, quamuis nulla apponatur causa, minime posse inentare id testa- mentum esse nullum, quia si solus, cui haereditas debe- tur, hoc iure gaudet. Cum ergo nulla debeat haereditas huic renunciacioni, carebit hoc iure, vt cum Bartol. & aliis affirmant Anton. Gomez & Molina *ibid. idem* An- ton. Gomez l. *tom. variarum. cap. 11. num. 9.* Seraph. de priuilegijs iurament. priuilegio 21. *num. 12.* Menchaca de suc- cessi. *lib. 2. §. 1. num. 112.* idem Molina l. *tom. de ius- titia. disp. 1. 71. col. 1. 4. vers. qui cum iuramento;* idque probatur argumento text. l. *cum quatuor. C. de iusticiof. tes- tament.*

Sed maius dubium est, an absoluta haereditatis ren-unciacionis cum iuramento excludat quoque filium à legitima portione, quae ei aliquin ex bonis patris iure deberetur. Quidam censent huic renunciacioni inte- grum esse legitimam petere, nisi specialem illius in renun- ciatione mentionem fecerit, argument. l. *si quando. 35. §. generaliter. C. de iusticiof. testam. ibi;* si legitimum partem repleui: nisi hoc specialiter sine in apocha, sine in trans- actione scripserit, vel pacti fuerit quod contentus relicta, vel data parte; de eo, quod deest nullam habeat quaestione. Sic tenet Bald. Matthaeus de Afflicis, Boetius, & alij, quos refert, & sequitur Tiraquel. de primog. *quest. 55. num. 3.* & l. *si vnquam. in praesentio. in nona editione. num. 144. C. de reuocand. donationibus. R. Rojas episcopus successi. cap. 7. num. 29.* Burl. *conf. 32. num. 49. & conf. 102. num. 12. vol. 1.* Anton. Gabr. *tom. 3. comm. opin. in ma. edit. tit. de legitima. con. 8. n. 9.* Azbe- bedo *lib. 3. reop. tit. 8. l. 1. nu. 4.* Surtus *conf. 143. n. 31. & 32. vol. 1.* & de alimentis. *tit. 9. 25. n. 18. vbi ait esse in finibus huius sententiae Guid. Pancirol. confil. 105. num. 27. vol. 1.*

Secunda

4. Secunda tamen conclusio sit. Verius est excludi sic renunciacionem cum iuramento à legitima, quia *c. quamuis pactum, de pactis. in 6.* dicitur hunc nullum habere repro- bium ad bona paterna, quod verum non esset si legitima ei deberetur; nec fauet contrariae sententiae d. *§. & generaliter.* quia ibi non tractatur de hac renunciacione, sed de securitate facta haereditibus patris per filium, qua cauet se legatum à patre relicto a capessile, nec adiecit, nullam sibi sapere esse de relictione quaestione. Eideo hanc partem sustinent Romani, Paulus, Alex. Bald. Iason, Decius, Natta, Ripa, quos refert, & sequitur Co- uar. *eo. c. quamuis pactum. 3. p. 5. num. 3.* Purpuratus *conf. 307. num. 5. & 12. vol. 1.* Cephalus *conf. 642. num. 26. & 27. vol. 1.* Guido Pancirolus *conf. 55. fine. vol. 1.* & *conf. 52. num. 7. eodem vol. 1.* Marchabrunus ab Anguillis *conf. 66. num. 7. 1.* Peregr. *conf. 68. num. 44.* Menchaca de successi. *lib. 2. §. 1. num. 109. & §. 17. num. 40. & §. 21. num. 247.* Boetius in suis singularibus. *verb. renunciacionis. num. 23.* Gutier. de iurament. *p. 1. 19. n. 3.* & *dicto c. quamuis pactum. §. omnino seruari debet. num. 6.* & *quest. pract. tom. 2. lib. 3. §. 82. num. 2.* Menochius late probans *conf. 71. 2. num. 5. vol. 1.* Molina *tom. 3. de iustitia. disp. 579. num. 13. vers. eo vero ipso.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 2. c. 28. q. 5.* Cavallos in suis *quest. communib. 101. a. quest. 116.* Ludouicus Morotius *conf. 9. num. 2. 1. lib. 1.* explicans quando esset renunciatio legitime facta patre viuentis, & numero 24. dicit quando renunciatio careret effectu, nisi intelligeretur de legiti- ma.

Potest tamen filius renunciacionis petere alimenta, si tamen postea ita pauper efficiatur, vt aliunde ea non habeat, quamuis iureiurando iuri alimentorum renunciacione- rit, quia tale pactum aduerfaretur iuri naturali, quo pater filium egentem alere tenetur. Sic multis allegatis, & late probans Antonius Gomez l. 22. *Tauri. num. 12. fine.* Gutierrez *dicto §. omnino seruari debet. num. 5.* & *quest. pract. tom. 2. lib. 3. q. 62. num. 1. 9.* Molina *lib. 2. de pri- mogenis. c. 1. num. penult. R. Rojas episcopus successi. c. 21. num. 78.* Surtus alios allegans *tit. 8. de alimentis. priuilegio 56. num. 60.* Gregor. Lopez l. 8. *verb. menester. tit. 15. p. 6.* Couar. *c. quamuis pactum. 2. p. 6. num. 8. concl. 17. fine.* dicens in hoc casu necessariam esse relaxationem iuramenti, quod idem tradit Manuel *tom. 1. summa. in 2. editione. c. 10. fine.*

6. Tertia conclusio. Virtute huius renunciacionis here- ditatis paterna excluditur renunciacionis ab immediata paren- tum successione, non autem à mediata, v. g. si frater renunciacionis successit in patris bona, decedente ab intestato, succedit illi renunciacionis vnà cum aliis fratri- bus, quia non petit ea bona tanquam patris, sed tan- quam fratris, & post aditam haereditate non est amplius patrimonium patris: ad soli parentum successione renun- ciantur. Atque ita docent Angelus, Alex. Paul. Aretin. Decius, quos refert, & sequitur Couaruias *dicto cap. quamuis pactum. 3. p. 5. 1. num. 2.* & ibi Gutier. *§. omnino seruari debet. num. 7.* & *quest. pract. tom. 2. lib. 3. quest. 80. num. 5.* Tiraquel. de retrat. *legat. §. 1. §. 9. num. 44.* Anton. Gomez l. 22. *Tauri. num. 13.* Molina *tom. 3. de ius- titia. disp. 579.* Boetius in suis singularibus. *verb. renunciacionis. num. 22.* Menchaca de successi. *lib. 2. c. 28. §. 1. num. 126.* Ro- land. *conf. 95. n. 44. lib. 1.* Menochius *conf. 335. n. 37. & 38. vol. 4.* Seraphinus de priuilegijs iurament. priuilegio 21. *num. 23.* Manuel *quest. regul. tom. 1. c. 78. art. 2. 1. Burlatus conf. 347. n. 49. & 50. vol. 4.* Meices de maioratu. *in redi. 4. p. quest. 19. n. 12.* Catillo de usufruct. *lib. 1. c. 2. n. 63.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 2. c. 28. quest. 8. fine.* Et quamuis Decius l. haereditas. *num. 8. ff. de regulis iuris, hoc temperet,* dammodo haereditas fuerit per illum renunciacionis fratrem adita; caeterum iure optimo hanc limitationem reprobande al- legatis Zozimo, & Purpurato, Couar. *eo. num. 2.* Anton. Gomez *eo. num. 13.* Menchaca *num. 179.* Gutier. *§. omnino seruari debet. num. 9.* quia adhuc non succedit in ea bo- na, vt in bona patris, sed vt in fratri bona; & bene ad- uertit Gutier. *num. 10. & ea quest. 80. num. 5.* esse opti-

ma, cautelam ad vtique euentum comprehendendum, & renunciacione haereditatis paterna & fraternae. Immo suffi- cienter ad omnes has casus complectendos verba ad- uerfalia, vt omnem succedendi modum includant, vt, renunciacione omni, & cuiuslibet successione, quia cum haec di- ctiones generales sint, ita omne genus successione claud- dunt, vt nulla persona, cui succedendum est, exempta videatur, vt latissime probat Menochius *eodem conf. 335. à num. 15.* & praecipue *num. 10. & 38.*

Quarta conclusio. Nec etiam excluditur hic renun- cians à bonis, quae alteruter eius parens transiens ad sec- undas nuptias comparauerit ex filijs prioris matrimo- nij eius fratribus, vel ex bonis prioris coniugis eius pa- rentis, iuxta l. *famina. C. de secundis nuptiis,* quae disponit huiusmodi bona referuntur filijs prioris matrimonij, quae in haec bona succedit, quia absoluta haereditas pa- ternae renunciatio à solis paternis bonis debitis iure fan- guinis, & successione ipsi renunciacionis excludit: haec au- tem non obueniunt iure haereditario, & sanguinis ex- parente, sed tanquam bona sibi referuntur à lege in pe- nam transitus parentis ad secundas nuptias. Sic tradunt Oldradus, Guido, Guilielmus Benedictus, Purpuratus & Decius, quos refert, & sequitur Couar. *dicto c. quamuis pactum. 3. p. 5. num. 1.* Baçca de non melior. *filib. c. 10. num. 73.* Gutier. *quest. pract. tom. 2. lib. 3. q. 80. nu. 4.* Molina *dicta disp. 579. num. 21.* Azor *dicto c. 28. quest. 8. initio.* Hieronymus Gabr. alios allegans *conf. 196. num. 15. vol. 1.* qui optimè allegatis Decio, & Ripa id limitat, nisi renun- ciationis fieret post transitum parentis ad secundas nuptias: tunc enim cum eorum honorum proprietatis esset renunciacionis, clauderetur in ea generali renun- ciatione.

Quinta conclusio. Neque excluditur similiter à bo- nis paternis, quae nomine, seu ratione, & iure feudi pa- ter habet, quia haec non sunt bona haereditaria, & sic non sunt omnino paterna, cum solo feudi iure ad ipsum pertineant. Sic Aluaradus, Praepositus, Parisius, Gram- maticus, quos refert, & sequitur Couar. *§. 3. num. 6.* Mo- lina *eadem disp. 579. num. 22. initio.* Azor *eodem c. 28. q. 12.* Menchaca de successi. *lib. 2. §. 1. num. 177. fin.* Guido Pancirol. *conf. 1. num. 43. vol. 1.* Seraph. de priuilegijs iurament. priuilegio 21. *num. 34. & 35.* Surtus *conf. 446. num. 7. vol. 3. & conf. 337. num. 18. vol. 2.* quamuis in hoc vltimo loco, & Iason *prelud. feudorum. num. 45.* & Decius l. 1. *num. 46. ff. si certum petatur,* dicant hoc intelligi, quando quis renunciacionis bonis paternis, & maternis; iecus quando generaliter renunciacionis bonis: eodem modo limitat Seraphinus supra. Intelligenda est conclusio, nisi ex ipso pacto colligi possit intentionem contrahentium fuisse, ad haec quoque bona renunciacionem extendi; sic Couar. & Molina *ibidem.* Idem dicendum est cum Molina, & Seraphino *ibidem* de bonis, quae habet pater in emphyteutico; & idem ait Molina de bonis maioratus: in haec enim non succeditur iure haereditario, sed iure sanguinis, si loquamur non respectu primi maioratus institutoris, sed respectu sequentium possessorum, iuxta vetiorem sententiam, quam late probat alter Molina de primog. *lib. 1. soro. c. 8.* & Gutier. *quest. pract. tom. 2. lib. 3. q. 80. num. 6.* & Manuel *quest. regular. tom. 2. q. 8. art. ult.* multis adductis late probat valere argumentum de feudo ad maioratum.

Hinc sit, eos, qui sunt de trunco renunciacionis cum iu- ramento haereditatis stipitis, à quo bona trunca lia def- cenderent, non excludi à bonis immobilibus, quae ad eos, qui sunt de trunco, deuenire debent decedente postea pupillo, quia in haec non iure haereditario, sed iure sanguinis succeditur, & quia non succeditur stipiti, sed pupillo. Ita latius probans tenet Gutier. *tom. 2. pract. lib. 3. quest. 84. num. 3. vsque ad finem.*

Sexta conclusio. Nec etiam excluditur à successione, si parentes in suo testamento renunciacionem haereditatis instituant, vel ei aliquid legent, quia cum ea renunciacione

112



se præcipue in parentum fauorem facta, postquam parentes tunc suo cedentes illam remittere, ac instituerent, redem, vel legatarum renunciantem. Quæ ratio amplius explicabitur num. sequentibus: & constat hoc ex c. 2. de re-nunciacione, ubi deciditur iuramento renunciantem benedictio, posse illud obtinere, si à maiore parte Capitali eligatur. Sic Bart. Bald. Roman. Mathias de Afflictis, quos refert, & sequitur Couar. dicto c. quamuis pactum. 3. p. initio. num. 7. fin. & num. 8. & ibi Gutier. §. omnino seruari debent. num. 11. Suarez l. quoniam in prioribus. in declaratione ad l. regni limitatione §. num. 2. fin. & num. 7. Anton. Gomez l. 21. Tauri. num. 10. vers. 2. & melius Mexia super l. Tolens de los terminos. 2. p. fundamento 7. num. 35. Molina lib. 2. de primogen. c. 3. num. 6. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 138. Tello l. 6. Tauri. num. 40. addens, & bene, idem esse per donationem inter vivos. Tiraquel. tract. de mort. suis. l. v. §. 2. p. declar. 8. num. 1. Cephalus conf. 61. num. 46. vol. 1. Seraphin. de privilegii iuramento. privileg. 21. Morquetus de divisione honorum. lib. 4. c. 5. num. 65. Crocius l. stipulatio hoc modo concepta. num. 47. c. 5. num. 65. Crocius l. stipulatio hoc modo concepta. num. 47. ff. de verb. obligacione. Hippolyt. l. 1. §. finali. num. 27. ff. de acquisitionibus. Villaguta de c. 13. num. 6. Surdus de c. 14. num. 4. & conf. 136. num. 33. & 34. vol. 1. & conf. 418. num. 25. vol. 3. Azor dicto c. 28. §. 4. alter Molina Societatis l. 5 v. dicta dispa. §. 79. num. 22. vers. filius. qui cum iuramento. Angulo de meliorandi. l. 3. gloss. vltim. sine. ubi bene addit, commissarius ad faciendum testamentum paternum non posse hunc filium instituire absque speciali commissione, & nominatione.

21 Quod limitat aliqui, nisi renuncians iureiurando promississet se nec ex testamento patri successurum: tunc enim nequit succedere absque perituro. Sic Berouius c. in presentia. num. 194. de probationibus. Menchaca dicto §. 18. num. 145. qui aliquantulum dubius ait valiteram non obstante perituro additionem illius hereditatis. Sed absque dubio dicendum est, adhuc absque perituro timore posse succedere, quod cum id iuramentum fuerit patri in ipsius fauorem præstitum, eo ipso quod filium hereditatem instituit, censetur remittere illi obligationem iuramentandi, ac subinde regreditur filius ad fratrem, in quo erat ante renunciantem: atque ita tuerentur multi, quos refert, & sequitur Molina eodem c. 1. num. 6. Suarez nu. 7. Tello num. 41. Gutier. num. 12. Mexia, Molina Societatis l. 5 v. ubi allegati sunt num. preced. Surdus ea de c. 14. num. 8.

22 Ex quo deducitur, huiusmodi filium recuperare iura suarum per eam renunciantem amissa; atque adò perinde eam hereditatem nondum aditam transmittere ad suos heredes, ac si illi non renunciaffet: sic Antonius Gomez, & Molina Societatis allegati num. 9.

23 Insuper conclusio prædicta verum habet, quamuis ea renunciatio iureiurando stabilita, facta esset post conditum patris testamentum, in quo renuncians institutus erat hæres vna cum aliis filiis; quippe cum pater testamentum non mutaret, censetur in pristina voluntate perseverare, & proinde remittere obligationem iuramenti tali filio, eum instituendo. Sic cum Aretino allegato Anton. Gomez, & Molina Societatis l. 5 v. citati num. 9. & Surdus ea de c. 14. num. 7.

24 Præterea verum habet conclusio non tantum quando pater expressè, & nominatim instituit eum filium renunciantem heredem, sed etiam si verbis generalibus instituat, vt si dicat, instituo omnes filios meos, vel instituo filios meos. Sic idem Anton. Gomez num. 10. fin. & Molina Societatis l. 5 v. allegati num. 9. Additque bene Antonius Gomez optime id probans, si pater instituat solos filios, qui non renunciant, heredes, & in aliqua testamenti, aut codicilli parte reliquit legitimum simpliciter, & genericè filios suos, filium renunciantem admittendum ad huius legati partem, quia ad illam censetur vocatus.

25 Tandem procedit conclusio, quamuis renunciatio

facta sit patri in fauorem alicuius filij, quia cum iuramentum, & renunciatio facta sit patri, & non filio, facta est si pater obligationem remittat facto ipso instituendo heredem eum, qui renunciarat, quia pactum eum aliquo interum in fauorem tertij, potest remitti ab eo, cum quo initum est, iuxta doctrinam Bart. l. qui Roma. §. Flauus. ff. de verborum obligat. Quam late defendit Couar. cum aliis lib. 1. variis. c. 14. num. 7. Sic idem Couar. dicto c. quamuis pactum. §. p. initio. num. 8. casu 3. Surdus ea de c. 14. num. 6. Molina Societatis l. 5 v. allegatus num. precedenti, & à fortiori omnes Doctores statim allegandi. At hic casus procedit, quando fratres, in quorum fauorem renunciatio fit, erant absentes, & nondum acceptauerant eam renunciantem; quando autem erant presentes, & sic quia facta est renunciatio in manibus patris, & fratrum, in ipsorum fratrum fauorem; Couar. eo. num. 8. in 4. casu, ait non prodesse patris remissionem instituendo renunciantem, vt possit renuncians absque perituro metui admittere ea bona. Sed dicendum est adhuc posse, quia cum respectu fratrum sit pactum de futura successione patris viuentis, quod absque eius consensu perseverauerit vsque ad vitium vite nequit subsistere, eo ipso quod pater consensum renouat sine verbis, siue factò ipso instituendo renunciantem, cessat vis prioris renunciacionis, vt probauimus supra. Quare ea non obstant potest succedere. Sic Baldus c. ad nostram. el. 2. num. 7. vers. nota quod. de iurcurando. Bolognetus l. finali. §. 7. c. de patris. ibi Decius num. 7. Guillemus Benedictus c. Raynuius. verb. duas habens filias. num. 288. de testam. Natta dicto c. quamuis pactum. n. 21. Suarez l. quoniam in prioribus in declaratione ad l. regni limitatione §. num. 2. Antonius Gomez l. 22. Tauri. num. 31. Menchaca de controuers. vsu freq. lib. 3. c. 44. num. 13. & de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 138. fin. & melius num. 182. Surdus ea de c. 14. num. 7. Burtarus conf. 432. num. 71. vol. 4.

Hinc deducitur, quando pactum sit à filio patri absolute, quo renunciat eius futura hereditas in fauorem fratrum, vt pater liberè possit eo excludi inter reliquos testari, non esse opus acceptatione ipsorum fratrum, quod idem pactum non inearit cum fratribus, sed cum solo patre; nec verò quicquam ex hoc pacto fratribus acquiritur, sed tantum libertas testandi patri datur præterito filio renunciantem. Sic docent Couar. c. quamuis pactum. p. 3. initio. num. 6. Menochius conf. 6. num. 20. vol. 1. Secus ait Couar. si pactum fieret cum ipsis fratribus accedente prius consensu patris: tunc enim esset necessitas fratrum acceptatio, quod cum ipsis pactum inearit.

Sed triplex superest in his renunciacionibus difficultas. Prima est, an deficientibus fratribus, & sororibus, ac cætera posteritate, viuo patre euaneſcat renunciatio: Qua in re duplex regula supponenda est. Prima, spectanda omnino renuncians mens est, scilicet cuius fauore renunciacionem fecerit: nam eo fauore cessante cessabit. Quippe sub ea tacita conditione fit, vt si renunciatio fiat gratià fratrum, viuo patre deficientibus, ac eorum descendentes, deficiat renunciatio; & succedet renuncians ex testamento, & ab intestato, perinde ac si non renunciaffet: si verò sit facta gratià solius patris, tunc etiam fratribus deficientibus viuo patre subsistet renunciatio. Sic docent Bald. Salycet. Paulus, Decius, Roman. Paris. Alex. Claud. Aqueñis, Socin. iunior, Ruinus, Aymon, Crocius, quos refert, & sequitur Tello l. 6. Tauri. num. 44. & 45. Couar. multis alii allegati c. quamuis pactum. p. 3. §. 3. num. 4. Taluſius Pacianus conf. 112. n. 10. tom. 1. Molina Societatis l. 5 v. tom. 3. de inst. disp. §. 79. Azor tomo 2. instit. moralium lib. 2. cap. 28. §. 1. & omnes Doctores allegandi num. 18.

Posterior regula est, quando de renuncians mente non constat, coniecturis, & circumstantiis concurrentibus indicandum est que fuerit mens. Constat, quia in quibuscumque rebus dubijs ad eas circumstantias confugitur,

fugitur, vt indicetur. Atque ita docent omnes Doctores num. precedenti allegati; cum, vt numeris sequentibus videbimus, varias perpenderit coniecturas, quò rem hanc diiudicent: sed specialiter hanc regulam tradit Molina Societatis Iesu eo num. 19.

Tota autem huius rei difficultas in perpendendis circumstantiis versatur, ex quibus hæc renunciacionis mens, de qua non constat, diiudicanda sit. Et quidem quando tempore renunciacionis erant alij renuncians fratres, & renunciatio absolute facta est, præsumitur in dubio facta contemplatione fratrum, vbi non efficiatur præsumptione, vel probatione renunciacionem factam esse solius patris contemplatione confiteritur: quia censendum est renunciantem affectu fratrum renunciaſſe, vt hæreditas ad eos deueniat, noluisseque sibi præferre extraneos, vt illos patens influere possit. Quare si superstitibus parente, cuius hereditas renunciacionis est, & ipso renunciantem, cæteri fratres decedant, corrumpitur renunciatio, & succedit illi parenti renuncians ex testamento, & ab intestato, eodem præterito modo, quo succederet nulla præmissa renunciacione; quia idem operatur præsumptio, quod veritas, donec probetur contrarium, vt tradit Glossa l. penultima. verb. ostenderit. C. de peric. inor. & tantum probat, quantum si in instrumento clarè scriberetur, vt tradunt Baldus l. 1. num. 18. C. de fideicom. Decius rubrica de probat. mem. 13. At si effectus veritas huius intentionis renuncians, corrumpitur in hoc euentu renunciatio, vt probauimus num. 17. Ergo idem dicendum est stante hæc præsumptione, dum aliud non constat: atque docent Socinus senior conf. 34. nu. 5. vol. 4. Paris. conf. 23. num. 44. lib. 3. Bald. conf. 437. num. 1. vol. 1. Maranta in suis disputacionibus. quest. 10. num. 14. & 15. Guillemus Benedictus c. Raynuius. verb. duas habens filias. num. 297. Rolandus conf. 26. num. 34. vol. 3. Cephalus conf. 62. num. 41. vol. 1. Hondedeus conf. 29. num. 79. vol. 1. Decius conf. 107. num. 19. & 22. Seraphia. de privilegii iuramenti. privileg. 21. num. 24. Valdes addit. ad Suarez l. quoniam in prioribus in declaratione l. regni. limit. 4. nu. 10. Baëza de non meliorand. fil. c. 10. num. 6. Carol. Puteus in fine consiliorum Sforia. consilio unico. num. 7. Romanus & Corneus, quos refert, & sequitur Menochius conf. 335. num. 15. vol. 4. Crocius, Alex. Butilega, Bertrand. quos refert, & sequitur Tello l. 6. Tauri. num. 45. & l. 10. num. 22. Couar. c. quamuis pactum. §. p. 3. num. 4. & ibi Gutierrez §. omnino seruari debent. & tom. 2. quest. præst. lib. 3. §. 80. num. 2. Anton. Gomez latissime probans l. 22. Tauri. n. 41. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. n. 146. Molina lib. 2. de primogen. c. 3. num. 48. Molina Societatis l. 5 v. & Azor allegati num. 17. Nomine autem fratrum intelligitur omnes descendentes illius parentis, cuius hereditas renunciacionis est: quamuis enim aliquæ eius filiarum tempore eius mortis obissent, si tamen superessent nepotes, aut alij eius descendentes, non corrumpitur renunciatio, sed illi vice parentum suorum succederent in ea bona, excluso renunciantem, quippe qui in omnia parentum iura succedunt, perinde ac si eorum parentes extitissent. Quare cautè Couar. eodem num. 4. vers. 4. Anton. Gomez, Carolus Puteus, & Molina Societatis l. 5 v. proxime allegati, dicentes renunciacionem corrumpere mortuis fratribus, addiderunt, & alios deficientibus; & Couar. ibidem bene addidit, mortuis fratribus, & solis aliis deficientibus superstitibus, significans nihil referre si soli ascendentes renuncians superstiti, quia tantum gratià deficientium præsumitur facta.

Quæ quidem sententia ampliatur primò, vt procedat, quamuis tempore renunciacionis nulli alij fratres essent, nec descendentes: corrumpitur enim adhuc penitus eodem modo renunciatio illa, si tempore mortis patris adhuc non sint, sed solus renuncians, quia nisi aperte constet nullam rationem filiorum nasciturorum habitam in renunciacione illa, præsumitur in ipsorum fauorem facta, & sub tacita conditione, si nascantur, &

mortuo patre superstitibus sint, & ideo illis non natis, vel natis, & mortuis ante parentem, cuius hereditas renunciacionis est, corrumpitur renunciatio. Atque ita docent collectarius c. finali. num. 34. de donat. Anton. Gomez eodem l. 22. num. 12. Gutierrez eodem §. omnino seruari debent. num. 2. & 4. Azor allegatus num. precedenti, qui hoc bene explicuit, dicens, quando spes erant fore vt alij filij nascerentur: ea enim spe cessante tempore renunciantis filiorum, manifestum est nullam nascituræ sobolis quasi desperatæ rationem habitam, sed solius parentis contemplationem factam fuisse.

Secundò ampliatur, vt procedat quamuis tempore mortis patris superstiti alij fratres, si illi hereditatem delatam repudiarent; tunc enim corrumpitur renunciatio, & succedit renuncians: cum enim censetur renunciatio facta gratià fratrum, vt illi in eam hereditatem succedant, deficiat conditio, quoties illi non succedunt, quia vel mortui sunt, vel repudiant. Sic Menchaca eodem §. 18. num. 178. & Maranta ea disp. 10. num. 15. quia renunciatio filiarum intelligitur semper, dummodo frater potuerit, vel voluerit esse hæres, & non aliter, vt tradunt Berouius conf. 170. num. 10. vol. 2. Surdus de alimentis. tit. 2. §. 15. num. 92. Quæ ratione idem dicendum est, quoties alij fratres sunt incapaces succedendi tam in communi, quam in particulari, vt si sint professi, coadiutorisve formati in Societate Iesu, quia eadem militat ratio: secus si capaces essent succedendi in communi, vt si in aliis religionibus professi essent; non enim corrumpitur renunciatio, sed succederet monasterium illud ex persona fratris illius professi, quippe qui quoad successiones non reputatur mortuus, sed idem penitus succedendi ius retinet, quo in seculo potebatur. l. finali. C. de Episcopis, & clericis.

Tertiò ampliatur, vt habeat verum quando tempore mortis parentis illius superstiti solus filius naturalis illius parentis, quia non censetur in dubio renunciatio illa facta, nisi fauore aliorum fratrum legitimum; non enim tanta affectio erga fratres illegitimos est: atque ita docet Tello l. 10. Tauri. num. 22.

Sed maior difficultas est, quando solæ renuncians sorores tempore mortis parentis illius superstiti. Ratio autem difficultatis est, quod hæc renunciaciones præsumuntur fieri eo fine, vt consulunt fit illis masculis, quia agnationem, & familiam conseruare possint, vt tradunt Dominicus, Francus, Corneus, Aymon, Bellonius, quos refert, & sequitur Menochius conf. 6. num. 10. vers. 3. ratio. vol. 1. & conf. 197. num. 74. vol. 2. & conf. 35. num. 14. vol. 4. Atque ideo deficientibus masculis corrumpitur renunciacionem, & succedere renunciantem, excluso fororibus feminis, tradunt Bald. Decius, Aymon, quos refert Menchaca lib. 2. de success. creat. §. 18. n. 108. & alij multi, quos refert Baëza de non meliorand. fil. lib. c. 6. num. 34. immo Aymon conf. 42. dicit, quod si nulli erant masculi tempore renunciacionis, videtur facta fauore eorum, qui postea nasciturum sunt, non fauore aliarum feminarum.

Cæterum dicendum est, renunciacionem non corrumpere, sed renunciantem omnino non succedere superstitibus solis fororibus tempore obitus parentis, sed illas succedere in ea renuncians bona, siue tempore renunciacionis solæ sorores parentis, siue tarent quoque alij fratres, quod ea renunciatio fauore totius posteritatis præsumatur facta, intra quam non soli masculi, sed femina quoque clauduntur. Atque ita docent Alex. Socinius, Paris. Aretinus, Angelus, quos refert, & sequitur Couar. c. quamuis pactum. §. p. 3. num. 4. vers. 6. & vers. 7. Menchaca eodem §. 18. vsque ad num. 114. Baëza de non meliorand. fil. lib. c. 6. num. 12.

Rursus limitatur prædicta sententia, vt deficientibus fratribus, & fororibus tempore mortis patris, corrumpatur renunciatio, vt intelligatur quando nulla dotis recepta renunciatio facta est: si enim dotis receptæ causa fuerit, non corrumpitur perentibus illis, quia cum adhuc illa



renunciacionis causa persistat, persistet quoque renunciacionis valor. Sic tradunt Roman. Corneus, Socinus senior, Paulus quos refert, & sequitur Menochius *conf. 6. num. 17. vol. 1.* Carolus Puteus *conf. unico. num. 44.* habetur post consilia Sfortie *tom. 1.* Ceterum, quamvis hec sententia vera sit, quod constat dotem illam receptam fuisse solam renunciacionis causam, at cum rarissime id contingat, non presumitur, & ideo mortuis fratribus succederet renunciacionis, ubi non consistit solam dotem fuisse causam. Neque quidquam refert expressum fuisse in ipsa renunciacione, filiam propter dotem receptam renunciacione: nam illius causae expressio non impedit, quin alia quoque causa inter pacificos constitui possint, ut tradunt Doctores cum Glossa *l. rale pactum. §. finali. ff. de pactis.* Atque ita docent Couar. *eodem §. 3. n. 4. vers. 10.* Menchaca *eodem §. 18. num. 118.* Atque ideo Tello *l. 6. Tauri. num. 44. 45. 48. & 49.* absolute dixit, renunciacionem hanc dote recepta factam perire deficientibus fratribus, & subdit bene Couar. raro posse presumi renunciacione fieri causa solius dotis receptae, nisi quando tempore renunciacionis parens nullam aliam sobolem praeter renunciacionem habet. Crederem tamen sufficientem huius coniecturam esse, si parens nec aliam sobolem habeat, nec speret habere praeter renunciacionem, tunc enim sufficiens coniectura huius solius causae dotis receptae apprehenditur, cum presumi nequeat in favore sobolis desperatae fieri.

26 Secundo limitatur, nisi renunciatio fieret, ut ex his bonis instituitur maioratus; tunc enim deficientibus omnibus descendentibus firma adhuc remanebit renunciatio, quod maioratus suapte natura sunt perpetui, ac in totius familiae favorem institui censentur. Atque ita docent Molina *lib. 2. de primogeniis. c. 3. num. 48.* Gutierrez *c. quatuor pactum. §. omnino servari debet. in fine.* Molina Societatis *l. 5 v. tom. 3. de iustitia. disp. 579.* qui tamen optime addit, quamvis eo casu nec maioratus, nec renunciatio evanescant; at deficientibus fratribus, & sororibus, & eorum descendibus, successurum tempore vite suae in eum maioratum renunciacionem, quia non extendendam est, voluisse instituire maioratum, a quo renunciacionis ipse excludatur deficientibus descendentibus parentis, ita ut ipso omnino excluso deveniat ad transfusionem.

27 Tertio limitatur, nisi parens, cui renunciatum est, stipulerit pro se, & suis haeredibus: tunc enim siue tempore renunciacionis filios habeat, qui postea moriantur, siue non habeat, & habere speret, excluditur renunciacionis, & praefertur alij haeredes per patrem instituti, vel illis non institutis qui succedunt ab intestato. Sic tradit Carolus Puteus post consilia Sfortie *tom. 1. conf. unico. num. 34. & sequentibus.* citans alios; idem docet Surdus *conf. 244. num. 14. & a num. 20. tom. 2.* Sed Maranta in suis *disputationibus. disp. 10. num. 14. ad fin.* tenet quod tunc non succedit contra testamentum patris alium, instituentis: fecus si ab intestato decederet, quia non est alia persona in eodem gradu obstans illi successioni.

28 Quarto limitatur, nisi renunciatio fiat, eo quod renunciacionis velit in religione profiteri: tunc enim censetur in omnem eventum renunciacione, atque ita renunciatio subsistet, quamvis ceteri omnes descendentes vivo parente deficiant; quippe qui ex hac causa renunciacionis certò novit fore, ut nullus in posterum facultatibus indigeat, neque ad ipsum perenturae sint, quamvis non renunciacionem, sed ad monasterium, de cuius bonis parum sollicitus praesumitur, ut tradit Aymon *conf. 160. in princ.* & facile ex praesumpta renunciacionis mente deducitur, voluisse eum in omnem eventum renunciacione, ut parens de his bonis liberè disponere possit deficiente sobole. Atque ita tradunt Couar. *c. quatuor pactum. 3. p. §. 3. n. 4. vers. 9.* Spino *specula testamentorum. glossa 12. principali. num. 72.* Menchaca *de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 117.* Molina Societatis *l. 5 v. dicta disp. 579. num. 19. Ad-*

duant tamen Couar. & Molina, tunc monasterium huius professi capax succedendi non habere ius succedendi circa parentis testamentum: at successurum parente illo decedente ab intestato, cum nullus ex parentis descendibus superest, quem illum voluisse praesumatur filio renunciacioni, & monasterio praefertur. Sed Menchaca *eodem num. 117.* hoc additum reprobat; quia cum in eo eventu praesumatur renunciatio absolute, & non contemplatione sola posteritatis facta, nullum succedendi ius etiam ab intestato superest renunciacioni. Cuius sententia magis mihi placet, si haec limitatio approbetur.

Ceterum quamvis haec limitatio probabilis sit, plus tamen mihi placet adhuc renunciacionem illam praesumi in gratiam descendendum fieri, atque ideo illis deficientibus parte superestit corrumpere, & succedere omnino monasterium in ea renunciacionis bona, eodem propositi modo, ac si renunciacione facta non esset. Quippe fundamenta contraria procedunt quando superant descendentes, quibus praesumitur renunciacionem potius prospicere voluisse, quam monasterio, cum aequitas, & ratio hoc postulet: & quamvis religionem ingredientem non praesumatur esse sollicitos rerum temporalium quod ad seipsum pertinet; at fecus est quod monasterium, quod eos velle ditari praesumitur, ut abundantius necessaria eis suppetant ut clare probat textus *c. final. 20. q. 3. & solatio est eligentium vitam monasticam, ut bona sua eos sequantur, authent. de sanctis. Episcopi. §. sed & hoc praesentis. ibi; hoc autem solatio. & sic Berouus c. in praesentia. num. 480. & 481. de probat. ait semper praesumi eam esse monachi intentionem, ut monasterium sit diues. Tandem, quia in dubiis praefertur opinio favens monasterio, ut diximus supra, & ita docet Tello *l. 6. Tauri. a num. 51. usque ad num. 63.* licet in fine relinquat cogitandum propter oppositum sententiam authoritatem. At res haec caret difficultate, quando ingrediens religionem renunciacione expressè in favorem fratrum: tunc enim mortuis fratribus cessaret renunciacione.*

Quinto limitatur, nisi eo intuitu renunciatio facta sit, ut ex bonis illis parens opus aliquid pium instituat, tunc enim non evanescent renunciacione deficientibus descendentibus, ut pote quae non in ipsorum favorem facta est, sed id pium opus instituendum erit. Atque ita docet Molina Societatis *l. 5 v. ea disp. 579. num. 19.*

Sed est maxime observandum, iure optime dixisse omnes Doctores allegatos, quando vivo parente decedere omnes descendentes: si enim aliquis ex illis parenti illi superuixerit, cum huius sit statim a parentis morte ius quaesitum, remanet firma renunciacione, & exclusio renunciacionis, etsi eo vivo decedat ille descendens. Sic Maranta in suis *disputationibus. disp. 10. num. 15.* Hondedeus *conf. 29. num. 8. vol. 1.* alios allegans, qui *num. 85. & quadruplici sequenti*, aliis allegatis, optime hoc limitat, nisi ratio conservacionis familiae in renunciacione exprimitur cum conditione resolutiva, ut si parens sine descendibus moriatur, cesset renunciacione: tunc enim mortuo hoc descendenti post vitam patris, adhuc cessat renunciacione, quia conditio habens tractum successurum exigit perseverantiam, nec momento impletur. *l. si quis in legaverit. ff. de condit. & demonstrat. at mortuo postea illo descendente non amplius conservatur familia, & quando filiorum existentia desideratur ad conditionem implendam, non habito alio respectu, sat est eos momentò vixisse: fecus quando spectatur alius effectus ex conditione impleta surgens, qui est causa dispositiois, tunc etenim quaerens durat effectus, durat etiam dispositio, & eo sublato tollitur, ut bene probat Hondedeus *ibi. num. 85.* allegatis Sozimo, Oldrado, & Antonio Gabriele.*

Secundo observandum est; quando filia renunciacione haereditaria sola masculorum contemplatione, si parens obeat nullo relicto masculo, sed nepte ex filio masculino, cessat renunciacione, & succedit filia renunciacionis vna cum nepte

nepte illa, quia in nepte illa non reperitur qualitas masculina, in cuius favorem fuit facta renunciacione; fecus si filius ille post patrem moreretur: tunc enim excluderetur omnino filia renunciacionis, & succederet sola illa neptis ex filio, quia iam illi ius plene quaesitum erat. Sic Cynus, Bart. Paulus, Alex. Iason, & alij quos refert, & sequitur Maranta in suis *disputationibus. disp. 10. n. 17. qui n. 18.* optime etiam ait cum Bart. & aliis, si parens moriatur superest filio masculino ex alia filia praemortua, non successurum hunc nepotem in ea bona renunciacionis, quia facta est renunciacione favore masculorum, & licet hic nepos sit masculus, procedit ex femina.

Tandem circa hanc primam difficultatem restat disputandum, an si vnicus filius renunciacionis in solum patris favorem, ita ut patri integrum sit de illis bonis liberè disponere, nec pendat valor renunciacionis a filii nasciturus, utpote que in solum patris favorem fuit, proficitur postea vivo patre in religione capaci succedendi, nullis aliis praeter eum renunciacionem descendentibus legitimis relictis, possit instituire alium filium suum naturalem, an potius debeatur monasterium in ea bona, quibus professus renunciacione, succedere: Difficultas haec pendet ex resolutione huius, an possit eo filio legitimo renunciacione relicto in seculo, instituire naturalem: Et deinde disputabitur quid dicendum, si ille renunciacionis sit tempore mortis patris professus. Aliqui negant eo filio renunciacione vivo, integrum esse patri instituire suum filium naturalem. Ducuntur, quia *l. regia 10. Tauri, hodie l. 9. tit. 8. lib. 8. nova recopil. sic ait: Pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuviere hijos, o descendientes legitimas, mandamos que el padre le pueda mandar sustituir de todos sus bienes todo lo que quisiere, aunque venga ascendentes legitimas.* At pater hic habet filium legitimum, nempe illam renunciacionem: ergo non ei integrum erit omnia bona filio naturali relinquere. Nec obstat si dicas petinde esse non habere filium legitimum, ac habere illum ita, ut non sit necessarius patris haeres, quod lex illa solum legitimum filij existentiam ponderavit, nulla habita qualitate necessarii haereditatis ratione, ibi; *si non tuviere hijos: non enim addit quod sint necessarii ei successuri, sicut iure communi additum erat, authent. licet. C. de naturalibus liberis.* Secundo, quia contingit aliquem iure succedendi carentem vim habere excludendi alium, qui ipso non existente succedere poterat; ut probat textus *dict. authent. licet*, ubi deciditur, filium naturalem non succedere patri ab intestato extante vxore legitima. Vbi Gloss. *verb. conuix*, ait, licet conuix illa legitimus non sit marito successura, praestat impedimentum ne filius naturalis succedat. Atque ita Corneus *conf. 85. num. 5. vol. 3.* ait, non semper esse veram illam regulam, vt ille, qui non succedit, non excludat. Et confirmatur ex doctrina Bald. *authent. cui relicta. numero 10. vers. extra quaritur. C. de iudic. videtur*, ubi ait, leganti marito vnum fructum vxori, prohibentique molestiam ab haerede ei inferri sub pena amissionis haereditatis, non successuram vxorem in eam haereditatem, qua priuatur haeres ille molestiam inferens, sed successuram alios haeredes. Sic ergo in proposito, quamvis renunciacionis iure succedendi parenti careat, non sequitur filium naturalem posse haereditatem institui: quippe id in odium delicti paterni statim filio legitimo, sicut hic contingit, interdictum erat. Tertio, quia Baldus *l. hac edictali. num. 16.* & ibi Bertrand. *vers. fin. vero plus. num. 20. C. de secundis nuptiis*, docent filiam renunciacione exclusam vii remedio illius legis, utpote quae non loquitur de filio haerede, sed de filio. Erideo hanc sententiam sustinet Tello *l. 10. Tauri. num. 20.* & quamvis tandem cogitandum relinquat, at *n. 23. vers. unde ex supra dicto*, ait hanc esse veriorrem.

34 Ceterum multo magis mihi placet, posse eum filium naturalem institui haereditem. Ducor, quia etiam *l. 10. Tauri Summa Tu. Sanchez. part. 111.*

explicare tantum si parens non habuerit filios legitimos, at intelligi debet iuxta ius commune, quod voluisse corrigere in dubio minimè praesumendum est per iura vulgaria, eo vel maxime, quia lex posterior generaliter, & indistinctè loquens sit limitanda per specialem antiquiorem, & iuxta illam intelligenda, nisi expressis verbis illi contradicat. *l. sed & posterioris. ff. de legibus*, quod multis exornauimus *lib. 1. de matrimonio. disp. 24. num. 6.* in ratione id exhibentibus, quamvis in posteriori lege sit clausula, *non obstante*, nedum quando ea clausula non est, ut in hoc casu contingit. At iure communi expressa erat qualitas filij legitimi exclusi naturalem à patris successione, nempe quando erat necessarius haeres, ut constat ex *authent. licet. C. de naturalibus liberis*; cui relinqui necesse est, & *authent. quibus modis naturalis esse. sui. §. si vero filios non habuerit*, ubi *§. quibus est necessitas relinquere*. Ergo lex posterior huius regni, quae priori non expressè contradicit, intelligenda est de his filiis, qui sunt necessarii haeredes, qualis non est filius, qui renunciacione paternae haereditari. Secundo, quia ea prohibitio instituti naturalis existente filio legitimo, non fuit in odium delicti paterni, cum lex illa cum praeterit ascendentibus paternis, sed fuit utique in legitima proles favorem, ne minuat legitima ei omni iure debita, qualis non est, qui successione renunciacione. Tertio, quia credendum non est voluisse legem illam praefertre extraneum filio naturali, cum naturalem praeterit ascendentibus: ac in hoc eventu praeterito filio legitimo est integrum patri instituire extraneum; à fortiori ergo poterit filium naturalem. Quarto, quia *l. regia 9. tit. 13. part. 6.* corripit dispositum per *dictam authent. licet*, quatenus disponebat vxorem non successuram in haereditatem, obstat institutioni filij naturalis, vocans id rationi dissonum, reddita ratione his verbis: *Porque maguer a el collisio esta parte, no la ganaria ella, e auerla, y en los otros mas propinquos parientes del finado, e de mas semejanza estraña cosa que ella pudiesse facer daño a orri segund ley, non mereciendo, nin mereciendo ende a ella ninguna pro.* Cum ergo hic filius legitimus non sit haeres patris necessarius, nec patre non disponente sit ipse necessarius, non est rationi consentaneum credere, voluisse legem ut impediat institutionem filij naturalis. Nec valet si dicas filium legitimum posse consequi commodum ex eo quod naturalis nequeat in hoc euentu institui, quippe facilius pater ipse, non obstante renunciacione, relinquet bona, cum naturali nequeat relinqueret. Sed non valet, inquam, tum quia non praesumitur fore, vt maiori amore erga naturalem filium, quam erga legitimum afficiatur, ut etiam, quia lex non considerat potentiam illam, sed factum, ut constat. Nam etiam vxor illa excludens naturalem, posset facilius ex ea exclusione commodum reportare, quia facilius institueretur à viro. Tandem probatur ex *textu l. 1. §. qui habebat. ff. de bonorum possess. con. rab. iuncta doctrina Bartoli ibi*, ex quo probatur petinde esse filios non stare, & non succedere. Confirmat id melius Sozimus *conf. 35. num. 9. vol. 4.* Nec obstant in contrarium adducta numero praecedent: nam ad primum, & replicam constat ex dictis prima ratione adducta. Ad secundum id fateor, ut diximus in 4. ratione. Ad confirmationem responderet, quod non successuram vxorem in eam haereditatem, ideo nec lege, nec à testatore ad illam vocata sit: quare succederet si vocaretur. At in nostro casu est sermo quando filius ille naturalis institueretur à patre. Ad tertium dico, eam doctrinam veram esse, eo quod per renunciacionem illam non censetur exclusio renunciacionis à iure in secundarum nuptiarum penam et lege delato, de quo est sermo in eo textu, ut probauimus supra. Ad vltimum dico, eam doctrinam non esse vniueraliter veram, sed in solo eo casu, in quo lex existentiam solum



filij legitimi considerat, quod non contingere in hoc casu satis probantur. Et ideo huius sententia sunt Roman. conf. 43. num. 4. & ibi Mandos. in addit. lit. C. Aymagn. conf. 100. vol. 1. Paris. conf. 16. num. 43. vol. 3. Alex. 1. Lmoius. num. 8. vers. sed contra. ff. de vulg. & pupill. l. ason. conf. 68. num. 26. & 27. vol. 3. Guillelmus Benedictus c. Rayninus. verb. & uxorem nomine Adcliam. dec. 1. num. 117. & 118. Conar. 4. decret. 1. p. e. 8. §. 4. num. 1. i. iure. Matienzo lib. 5. respicitur. tit. 8. lib. 9. glo. 1. num. 8. Seraphin de privileg. iurament. privilegio 21. sine. & Spino speculo testament. gloss. 1. 2. principali. num. 51. & videtur tenere Gregor. Lopez l. 8. verb. dos partes. in fin. tit. 13. part. 6. dum circa huius difficultatis solutionem se remittit ad aliquos ex Doctis allegatis hanc partem sustinentibus. Nec existimo distinguendum, an talis filius ita renunciarit hereditati, ut nec haeres institui possit a patre, an ita solam renunciarit, ut possit haeres institui a patre, non tamen necessarii illi succedat contra testamentum eius, nec ab intestato, quasi in priori casu possit haeres institui filius ille naturalis: secus in posteriori. Sed existimo in utroque casu posse: tum quia Doctores omnes huius sententiae indistincte loquuntur de filio renunciante; & Spino expressit, quando non est necessarius haeres; & ita probat ratio prima adducta; tum etiam, quia nunquam per propriam renunciationem quantumcumque iuramentum stabilitam de non succedendo ex testamento, nec ab intestato, potest ita excludi filius a successione, quin possit pater eum instituire, ut probavimus supra. Quare si Doctores hi intelligerent de filio per propriam renunciationem effecto incapaci succedendi, loquerentur de casu impossibili.

Atque idem dicendum est existente nepote filio renunciantis, casu quo renunciatio patris illi obest, illumque excludit, ne sit necessarius haeres, iuxta infra dicenda. Quare cum neuter sit haeres necessarius, eadem est ratio, ut bene dixit Tello ca. 1. 10. Tauri. n. 2. esse asserendum retenta nostra sententia, quamvis ipse retenta sua dubitet, ac cogitant relinquit, in eam partem inclinans, ut nequeat filius naturalis tunc institui.

Tandem in casu proposito num. 31. initio, nempe, quando filius hic legitimus post renunciationem professus est in religione capaci succedendi, ait Tello ca. 1. 10. Tauri. num. 21. esse absque controversia, siue priorem opinionem relatum numero 33. siue posteriorem relatum numero 34. sequamur, non esse integrum patri cum filium naturale instituire, si eam opinionem amplectamur, quae tenet hereditatem profecti non ipsi, sed monasterio deferri. Dicitur, quod non obstante ea filij renunciatio, si monasterium haeres necessarius patris decedentis post eius filij professionem. Sed miror virum doctissimum dixisse hoc esse absque controversia, cum potius sit multo probabilius, posse adhuc in hoc casu cum filium naturale institui. Quod sustinet Spino speculo testament. gloss. 1. 2. principali. num. 52. Quare verum non esse, monasterium esse haeredem necessarium contra illam monachi renunciationem, sed multo probabilius esse oppositum, ut supra diximus.

Secunda difficultas est, an renunciatio iuramentum stabilita hereditatis parentum ita noceat filijs renunciantis, & aliis eius descendentes, ut excludantur quoque a successione avorum in illa bona, quibus eorum patris renunciarit? Duplex est distinguendus casus. Prior est, quando renuncians vivit tempore, quo patris, cuius hereditati renuntiavit, moritur. Posterior est, quando renuncians moritur ante illum parentem. Et quidem in priori casu verissima est sententia, cum renunciationem nocere filijs, & reliquis descendentes renunciantis; atque ita omnes illos ab ea hereditate similiter excludi. Ratio est, quod tum temporis filij, & descendentes non possunt succedere ratione propria personae aucto defuncto, cum adhuc in-

perites sit eorum patris; neque etiam ratione & iure parentis, quia illud extinctum est per patris renunciationem. Nec est locus successorio edito, quamvis nepotes velint iure proprio admitti, quia hereditas patris nequaquam filio renunciantis fuit delata, ab eoque repudiata, ut sit locus ei edito, sed ab ea penitus per renunciationem exclusus est, ut probatur ex l. si quis posthumus. 9. §. finali. ff. de liber. & posthumis, vbi dicitur, filium exheredatum superiorem partem patris nocere nepotibus; atque ita illis non esse integrum tempore testamentum aucto, eo quod preteriti in illo sint. Sic satis clare significat Glossa finalis cap. quamvis postum. de pactis, in 6. quae sic est intelligenda, & tradunt Crocius l. stipulatio hoc modo concepta. numero 57. ff. de verb. obligat. allegatis Baldo, Paulo, Cumano, Alexand. Decio, Ioanne Lapo, Tiraquello, & aliis. Couart. dicto cap. quamvis postum. 3. p. §. 3. numero 77. & ibi Gutierrez 9. volum. numero 4. Baëza de non meliorand. filiis. cap. 10. num. 119. Maranta in suis disputationibus. disput. 10. numero 30. Cephalus consil. 235. numero 21. volum. 3. Suarez l. quoniam in prioribus, ampliatio 10. numero 62. & ibi Baldus in additione. 4. in declaratione legis regni, limitatione 4. numero 9. & 10. Antonius Gomez l. 22. Tauri. numero 10. Menchaca l. si quando. §. illud. numero 56. casu 3. C. de inoffic. testam. & de success. creat. lib. 2. §. 18. numero 120. & Ludouicus Morot. consil. 21. numero 7. volum. 1. Crassus de success. ab intestat. §. legitima. questione 4. numero 3. Molina. lib. 2. de primogeniis. cap. 3. numero 47. alter Molina Societatis IESV. tomo 3. de iust. disputatione 579. num. 14. Azor tomo 2. instit. moralium. lib. 2. cap. 28. questione 13. quod quidem verum est, quamvis gratis, nullaque dote recepta fit facta renunciatio, ut bene docet Crocius eo numero 57. quod idem significant alij citati, dum indistincte dicunt nocere; quamvis alij aliter distinguant, ut potest videri in Guillelmo Benedicto cap. Rayninus. verb. duas habens filias. numero 180. §. numero 281. & in Rolando consil. 11. num. 6. vol. 1.

Est tamen hoc temperandum, nisi omnes alij descendentes aut illius, cuius hereditati patris renunciarit, iam obissent: tunc enim licet filius, vel filia renuncians obierit post mortem patris, nepotes ex eo filio, vel filia succedant, quando non constat renunciationem factam esse contemplatione solius aui. Ratio est, quia cum ea renunciatio presumatur facta ratione aliorum descendendum, atque illis defunctis corrumpat, & omnino admittat renuncians, admittentur quoque filij eius, & nepotes, utpote qui in idem patris renunciantis ius succedunt. Atque ita docent Rolando. eodem consil. 11. numero 12. Suarez eodem num. 9. & 10. Antonius Gomez eodem num. 10. paulo ante vers. secundo, & melius Gutierrez eodem §. ult. n. 5. Crall. co. §. legitima. q. 4. n. 3.

Secundo temperatur, nisi praedicta renunciatio fieret simpliciter, & non in contemplationem alio cuius alterius, sed propter ipsum renunciantem, ne onebitur hereditatis se implicaret. Sic Paulus, quem refert, & sequitur Suarez ea l. quoniam in prioribus. limit. 4. num. 10. fin. Sed mihi non placet, & ideo allegati alij numero 33. absolute id absque hac limitatione dicere, & rationes ibi adductae etiam in hoc casu probant.

Hinc deducitur non sibi constitit Couart. cap. Raynaldus. §. 2. numero 4. de testam. vbi ait, non integrum esse parentibus suae exheredationi in filiorum praedictum consentire: quippe hoc non consonat, quae numero 34. diximus esse ipsomet. Atque ita illum contradictionis redarguit Gutierrez eodem cap. quamvis postum. §. ult. n. 6.

Posterior casus est, quando renuncians obit vivo parente, cuius hereditati renunciarit. In quo est grauis difficultas, an ea renunciatio nepotibus, & aliis descendentes noceat, ut illi quoque ab ea successione exclu-

excludantur? Affirmant aliqui, docenturque, quia nepotes nunquam auro succedunt iure proprio, sed iure parentis sui, cuius personam repraesentant, atque in solam portionem, in quam ipse succedere debebat, si superstes esset: at patris superstes succedere minimè debebat, obstante illi sua renunciatio: ergo nec nepotes succedant. Secundo, quia cum edito pactum sit iuramentum firmatum, neque vi, aut dolo extortum, ut supponimus, eius obligatio transit ad heredes, iuxta tradita in hoc tractatu. tomo 1. lib. 3. Ergo haeredes tenentur eo pacto stare; & sic iure succedendi auro carebunt. Et haec sententia est valde probabilis, quam sustinent Anton. Gomez alios refertens, & Molina Societatis IESV allegati num. 34.

At probabilis existimo, eis non nocere, ac proinde succedere, ac si renunciatio facta non esset. Quare etsi nepotes ad auctorem successionem veniant, eo quod renunciantis fuerit filij, at mortuo parente renunciantem non succedat ius nomine, & iure parentis, sed nomine, & iure proprio, quatenus nepotes vni cum patruis, vel auunculis succedunt, ut probat textus l. si ex patronis. 10. in fine. ff. de bon. liber. ibi; Sed si ante pater decessisset, postea aucto, dicendum erit nihil mihi nocere patris exheredatione ad auctorem liberorum bona. Et l. si quis posthumus. §. finali. ff. de liber. & posthum. ibi; si quis exheredatus, si moritur patre vivente, non obstat nepotibus quominus possint venire ex eorum persona ad succedendum etiam contra testamentum, & illud rumpendo si reperitur se praeterita. Deinde, quia renunciatio habet tacitam conditionem, si renunciantis hereditas defecerit, ut diximus cap. praeced. num. 1. Ergo parente defuncto ante hereditatis delationem, corrumpit praedicta renunciatio facta in neporum praedictum. Ex his patet ad primam rationem contrariam, quia non succedunt iure patris, nec in illam solam partem, in quam ipse superstes succederet praemissa renunciatio, sed in quam succederet ea non praemissa, quia in hoc casu redditur nulla. Ad 2. dico, pactum iuramentum firmatum nocere hereditibus, quando id potest in praedictum ipsum iuri. Et ideo hanc sententiam sustinent Bald. l. fin. n. 1. C. de pactis. & l. pactum dotale. num. 2. C. de collat. Rolando à Valle. conf. 11. num. 4. vol. 1. Cephalus. conf. 143. num. 19. vol. 1. & conf. 33. num. 16. vol. 3. Guillelmus Benedictus. cap. Rayninus. verb. duas habens filias. num. 200. Vincent. de Francis. dec. Neapol. 3. num. 16. & dec. 67. §. num. 1. usque ad 4. Matth. Vresemb. conf. 15. num. 14. tomo 1. Purpurat. conf. 307. num. 9. vol. 1. Galpar de Leon inter consilia dierum collecta à Baptista Martianeis, conf. 77. num. 11. vol. 1. Tiraquell. de primogen. q. 40. num. 13. Crall. de success. ab intestat. §. legitima. q. 4. num. 4. Surtus. conf. 133. num. 19. vol. 1. & conf. 332. à num. 10. volum. 3. Crocius l. stipulatio hoc modo concepta. num. 55. ff. de verb. oblig. Anton. de Petric. l. 1. num. 104. ff. de iur. iur. Aymon. conf. 127. num. 1. Natta. conf. 470. num. 14. Bellon. conf. 15. n. 5. Anton. Theaut. dec. Pedemont. dec. 133. Couart. c. quamvis postum. p. 3. §. 2. num. 4. & §. 3. num. 7. & ibi Gutierrez §. ult. num. 2. & 3. Menchaca l. si quando. §. illud. num. 56. casu 3. C. de inoffic. testam. & de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 120. Baëza de non meliorand. filiis. c. 10. num. 112. & 113. Suarez l. quoniam in prioribus, ampliat. 10. n. 54. & limit. 4. ad legem regni. num. 5. & 7. & in utroque Valdes in additionibus. Tello l. 6. Tauri. num. 81. Seraph. de privileg. iurament. privileg. 21. num. 39. Molina. lib. 2. de primogeniis. c. 3. num. 47. Maranta in suis disputationibus. disput. 10. n. 13. & 32. Azor tomo 2. instit. moral. lib. 2. c. 28. quest. 13. & Ludouic. Morot. conf. 21. num. 2. vol. 1.

Limitatur primò haec sententia, ut intelligatur, quando nepos veniat ad aui successione cum aliis nepotibus ex altero filio, qui non renunciarat: secus si cum patruis, vel auunculis, qui sunt in propinquiori gradu ipsi aucto, cui succedendum est; tunc enim excluduntur hi nepotes, sicut excluderetur patris, qui renunciarat, si superstes esset. Ratio est, quia tunc succedere nequit, Summa Tb. Sanchez pars 111.

nisi matris locum subintrans. §. cum filius. in fin. de hered. qua ab intest. & aucten. post fratres. C. de legitim. hered. nam auunculi sunt in propinquiori gradu. Cùm ergo mater excludatur, excluditur nepos: & ita tenet Cassan. conf. 47. n. 26. & 33. Bellon. conf. 15. num. 10. Boerius in suis singularibus. verb. renunciatio. num. 11. & Salyce. l. pactum dotale. quest. ult. C. de collat. Verùm iure optimo multis allegatis impugnant hanc limitationem Anton. Gomez ea l. 22. num. 10. Crall. ea q. 4. fin. Suarez eadem limit. 4. num. 6. & ibi Valdes in addit. Surt. conf. 133. num. 25. vol. 1. & conf. 332. num. 12. vol. 3. tunc enim nepos non succedit ex persona parentis, sed ex propria, & ideo ei non obest parentem superstitem non succedentem, quia bene potest subintrare locum, & gradum matris, & ex propria persona succedere: nam hoc ipsum quod succedat in locum matris, habet filius à lege, & non à matre, & ideo non dicitur venire ex persona matris.

Secundò limitatur, nisi parens aliqua dote recepta renunciarit: tunc enim in nullo casu succedent nepotes. Sic Rubens conf. 42. ad fin. Cassan. conf. 47. num. 27. Bellon. conf. 15. num. 6. Berouis conf. 49. num. 42. vol. 1. Cephalus. conf. 143. num. 19. vol. 1. Paulus. conf. 419. ad fin. vol. 2. Decius. conf. 81. num. 7. vol. 1. & l. pactum dotale. num. 10. C. de collat. & alij Doctores, quos referunt, ac illos merito impugnant. Rolando eodem consil. 11. num. 7. Suarez eadem limit. 4. num. 7. & ibi Valdes in addit. Anton. Gomez eodem num. 10. Gutierrez eodem §. ult. num. 3. Tello eodem num. 61. Ludouicus Morot. eo conf. 22. num. 3. Maranta dicta dis. 10. num. 32. sine. Menchaca eodem §. illud. num. 57. Surtus. conf. 133. num. 30. vol. 1. vbi multos alios refert, & conf. 332. num. 11. vol. 3. Beccius. conf. 107. num. 14. Gozadin. conf. 75. num. 21. Alciac. conf. 358. num. 1. Quare recepisse dotem non obest iuri nepotum ex propria persona succedentium. Item, quia receptio dotis non efficit renunciationem puram, quae erit condicionalis, nec eam reformat, vel alterat.

Subdunt tamen Anton. Gomez, & Gutierrez. ibi, teneri eos nepotes dotem à parente renunciante receptam computare in sua legitima, si ea dos ad ipsos deveniat. Quod quidem verissimum est. At quando est iam consumpta, est grauis difficultas. Sed quia non est praesentis instituti, consulendi sunt circa illum Doctores text. l. in quartam. ff. ad l. Falcidian. & specialiter ibi Picus num. 228. & Caesar Firmagius à num. 416. Suarez dicta limit. 4. num. 11. Greg. Lopez l. 3. gloss. 6. tit. 15. p. 6. Menchaca eodem §. illud. num. 58. & de success. creat. §. 30. à num. 274.

Tertiò limitatur, nisi nepotes sint haeredes parentis renunciantis, quia haeres nequit venire contra factum defuncti. l. cum a matre. C. de rei vendic. & sicut patris si viueret, non posset contra formam renunciationis venire ad successionem sui parentis, ita nec nepos, qui tanquam haeres censetur eadem persona cum defuncto. Sic Guido quest. 228. num. 2. Cassan. conf. 47. num. 33. Rubens. conf. 42. fin. Bellon. conf. 15. num. 11. Decius, & alij, quos refert, & sequitur Menochius conf. 89. num. 135. vol. 1. & consil. 211. num. 125. vol. 3. Sed merito hanc limitationem reiciunt Surtus. conf. 133. num. 26. & duplici sequenti. Ludouicus Morot. conf. 22. num. 4. fin. usque ad 10. quia cum ea renunciatio habeat tacitam conditionem, si hereditas defecerit parenti, & non sit delata, corrumpit eo ipso, & non obest successioni nepotum.

Quartò limitatur, quando nepos agit ut parentis renunciantis haeres: tunc enim, cum agat tanquam haeres, nequit contra factum parentis venire, eius renunciationem improbens. Quem casum admittit dicens esse absque dubio Surtus citatus conf. 133. num. 29. & idem tenet Seraphinus privileg. 11. num. 39. & similiter tenet Surtus admittit ibi cum Franco, & Bellonio, quando patris renunciarit pro se, & pro suis hereditibus, tunc nocere his nepotibus, qui vellet esse illius parentis



heredes. Quod etiam tradit Gaspar de Leon inter consilia diutorum collecta à Baptista Martiano, *conf. 77. num. 1. vol. 1.* & Guido Pancirol. *conf. 52. num. 9. vol. 1.* Sed iure optimo impugnat utrumque casum Ludouicus Morotius relatus num. *precedenti* plura allegans, & Vincent. de Franchis *de off. Neapol. 67. a num. 7. usque ad finem.* Quia cum illa renunciatio habeat tacitam conditionem, si hereditas deseratur, ut dictum est, nec ea delata sit, est perinde profusus, ac si nunquam facta fuisset, ac subinde ab ea, tanquam ab omnino viribus destituta nullum fundamentum sumi potest, quia non entis nullæ sunt qualitates. *l. eius qui ff. si certum petatur. & resolutio actu censetur æque resoluti omnes effectus ab eo dependentes, perinde ac si nunquam factus fuisset. l. 1. §. siue autem. & l. penult. ff. de condit. l. voluntate. ff. quibus modis pig. vel hypoth.*

43 Ex qua ratione deducitur reiiciendam quoque limitationem, quam tradit Aymon *conf. 703. col. 1.* nempe, vt excludantur nepotes quando parens renuncians promittit euictionem pro bonis, quibus renunciat: tunc enim citi ligati heredes renunciatione parentis, vt ipse autu euictionem, & factum præstare tenentur, iuxta regul. *ex qua persona. ff. de regul. iuris.* Sed merito eam reprobat Ludouicus Morotius relatus num. *precedenti* propter rationem ibi traditam.

49 Vltima difficultas est, an renunciatio hereditatis futuræ iuricando stabilita reuocetur, eo quod renunciatio nascatur postea filij, iuxta text. *l. si vnquam. C. de reuocand. donat.* Quia in re tanquam certum statuendum est, renunciationem hereditatis iam aditæ reuocari natiuitate filiorum. Quia, cum per aditionem illam hereditas sit iam effecta propria renunciantis, est vera donatio rei omnino acquisita. Et ita dicit nullam esse dubium Molina Societatis *l. 5. v. tom. 3. de inst. disput. 579. num. 24.*

50 Sed difficultas est, quando hereditas est delata, sed nondum adita, aut quando nec delata est. Quæ quidem difficultas locum habet, quando ea renunciatio non præiudicat filiis natis, iuxta ea, quæ diximus num. 38. Nam quando natis præiudicaret iuxta dicta num. 35, manifesti iuris est, à fortiori præiudicare nascituris, vt bene expendit Gutierrez *cap. quamuis pactum. §. vlt. num. 6.* In hac ergo difficultate Molina *lib. 2. de primog. c. 3. à num. 38. usque ad 46.* sic ait distinguendum. Aut ea renunciatio facta est aliquo ob eam accepto, aut gratis: si aliquo ob eam accepto, non reuocatur natiuitate filiorum; quod hæc non sit simplex, sed ob causam donatio: at in donatione ob causam non habet locum decisio *d. l. si vnquam, vt resoluti ibi Ripa quest. 13. num. 24. & 25.* Tiraquel. alios allegans *verb. donatione largitus in noua edit. n. 141. & sequentibus. Roland. consilio 11. num. 32. vol. 1.* Si verò gratis facta est, reuocatur natiuitate filiorum, siue hereditas sit iam delata, siue non; quia clarissimum est fore, vt renunciatis paternæ hereditatis fauore primogeniti, aut cuiuslibet, minime renuncietur, se liberos habiturum cogitans, sed mallet illam ad filios suos, quam ad fratrem, aut quemuis alium deferre. Quæ est ratio præcipua, seu vnica decisionis illius *l. si vnquam, vt ex pluribus ostendit Tiraquel. ibi in noua edit. in præfatione. num. 3. & 4. & verb. liberis. num. 42.* Cum ergo militet eadem ratio, debet quoque militare eadem dispositio: quippe eam legem ex rationis identitate extendendam de casu ad casum, probat ex pluribus Tiraquel. *eo verb. liberis in noua edit. à num. 44. qui num. 63.* ait id esse verum, quous maior ratio vultur in casu lege expresso. Et tandem concludit Molina *num. 46.* hanc sententiam esse veram quando renunciatio hæc facta fuit fauore primogeniti, aut cuiuscunque persone determinatæ: scilicet, quia facta fuit simpliciter, & non fauore certæ personæ, magis deliberandum de hoc cum casus o. current opinionum variationem. Et addit absurdissimum asserere, dispositionem *d. l. si vnquam,* non procedi

renunciatione gratuita hereditatis iam delatæ; qua ratione id ipsum ait dicendum in hereditate nondum delata, quia est quasi debita. Huius etiam sententiæ est Baëza *de non meliorandis filiis. cap. 10. num. 102.* vbi expressè ait, renunciationem legitimè reuocari natiuitate filiorum. Idem ait Cachera. *conf. 77. num. 10.* loquens de renunciatione hereditatis parentum viuentium, ductus hoc speciali fundamento, quod renunciatio habeat tacitam conditionem, si hereditas renunciati deferatur, ac proinde referatur in tempus, quo delata est hereditas: & sic est renunciatio hereditatis delatæ, quæ vera donatio est. Et hoc eodem fundamento vtens, dicit hoc esse tutissimum Simon de Præcis *conf. 150. num. 59. vol. 1.* vbi & alios refert.

Ceterum probabilis est eam renunciationem siue hereditatis delatæ, siue nondum delatæ, non reuocari natiuitate filiorum, siue aliquo accepto, siue gratis factam. Ducor, quia ea renunciatio (vt optimè aiunt Couarruuias *4. decretal. 2. p. c. 6. §. 8. num. 17. ad fin. Molina tom. 2. de inst. disput. 282. col. 2. vers. quo loco obserua renunciationem donationis natiuitate filiorum statum d. l. si vnquam.*) non habet vim ex sola præsumpta donantis voluntate, sed multum etiam adiuuatur lege ipsa positua, quæ tum ob eam præsumptam voluntatem, tum etiam in bonum filiorum id statuit. Quare vt ei decisio à iure exorbitanti (eam enim esse exorbitantem tenent multi, quos refert Tiraquel. *ibi in noua edit. verb. liberis. num. 26.*) locus sit, oportet vt esse donationem rei, cuius dominium erit acquisitum donanti: quia expressè loquitur de donatione, & præterito vitur verbo (*reueratur*) quod non potest adaptari, nisi ius, quæ fuerit in alienantis dominio. Sed hereditas quantumcumque delata sit, nendam quando delata non est, minime est in renunciantis dominio per iura vulgaria, sed pender, vt sit donantis, ab ipsius acceptatione: ergo ea hereditas renunciatio non comprehenditur in illa *l. si vnquam.* & hinc soluitur ratio contraria. Præterea, qui ea renunciatio valet inter coniuges, vt probauit *lib. 6. de matrim. disp. 4. num. 2.* eo quod inter illos sola vera donatio interdicta sit, qualis non est renunciatio hereditatis delatæ, sed nondum aditæ. Præterea, quia quamuis interdicta sit donatio in creditorum fraudem, non clauditur in ea prohibitione renunciatio hereditatis tantum delatæ. Et ideo huius sententiæ partim est Ripa *ea l. si vnquam. quest. 11. nu. 20.* vbi ait non reuocari renunciationem hereditatis nondum delatæ, secus quando iam delata est, licet non adita. Tiraquel. *ibi verb. donatione largitus in noua edit. nu. 180. & sequentibus.* vbi generaliter probat, eam legem solum habere locum in renunciatione iuris iam acquisiti, non autem querendi. Decius *l. 1. num. 11. ad finem. C. de p. d. h. & conf. 53. à num. 24. usque ad 28. vol. 4. lason, & Rub. quos refert, & sequitur Tiraquel. eo verb. donatione largitus, in noua edit. num. 186.* vbi dicit renunciationem donationis iam factæ, nondum tamen acceptatæ, non reuocari natiuitate filiorum. Ruin. *conf. 60. num. 14. vol. 3. Roland. conf. 11. num. 23. usque ad 30. vol. 1.* Eiusdem sententiæ sunt Couar. *c. quamuis pactum. p. 3. §. 3. num. 8. Azor tom. 2. instir. moralium. lib. 2. quest. 14.* vbi absolute dicunt renunciationem hereditatis non reuocari natiuitate filiorum; quamuis enim videantur loqui de renunciatione feminæ in matrimonium collocaende, non gratis, sed ob dorem receptam facta, loquuntur enim de renunciatione in illo textu contenta, quæ est huiusmodi: & sic probant, eo quod sit facta præmissa liberorum cogitatione: at verè videtur huius sententiæ, quia vtrumque ea ratione ad probandam suam sententiam, quod hæc renunciatio non sit iuris acquisiti, sed querendi. Quæ ratio in vniuersum procedit in quacumque renunciatione hereditatis nondum aditæ; & in propriis terminis tenet Menchaca exprimens, quamuis hereditas sit delata, sed nondum adita, libro *2. de success. creat. §. 18. nu. 12.* quod idem in distindtè tenuerat *l. si quando §. illud. nu. 50. vers.*

*conf. amplius 2. C. de inoffic. testam. & melius ceteris, in propriis terminis, reprobat altero Molina, tenet Molina Societatis l. 5. v. tom. 3. de instituta. disputat. 579. num. 124.*

52 Non tamen approbo quod dicit Barthol. Socin. *conf. 53. numero 27. vol. 4.* vbi ait consilium in alterius fauorem factam hereditatis illius non reuocari natiuitate filiorum, quia, quamuis contineat tacitam acceptationem, quia tamen erat momentanea, & non ad finem retinendi, sed statim repudiandi, non est in consideratione. Sed iure optimo illum reprehendit Ripa *d. l. si vnquam. quest. 11. numero 21.* & Roland. *d. conf. 11. numero 25.* Marchabrunus ab Anguillis alios allegans *conf. 30. numero 399. & dupliis sequenti. tomo 1.* Nec obstat fundamentum Socini, quia momentanea acquisitio tunc non est in consideratione, quando nullum effectum parit, secus quando illum parit; & constat ex iis, quæ diximus *lib. 6. de matrimonio. disputat. 4. numero 16. & 17.*

53 Sed dubitatur, an legato relicto alicui, si professus fuerit in religione, possit ipse renunciare? Quod non possit, ostenditur, quia perinde est legare alicui professuro sub conditione professionis futuræ, ac legare ipsi religioni; quia in vtriusque voluntatis implementum conditionis non retrotrahitur, sed inspicitur tempus, quo illa impletur, vt probauimus *lib. 2. huius operis. cap. 14. numero 15.* ac proinde ita se habet, ac si acquireret post professionem; & ita hæc spes nullius est considerationis respectu ipsius, cum sit spes rei, cuius acquirendæ est incapax. Sic Benedictus Egid. *l. Tunc si non nupserit. 100. part. 1. numero 51. de condit. & demonstr. qui addit;* si legatum esse relictum sub quauis alia conditione, quæ posset etiam ante professionem impleri, valeret renunciatio, et si post professionem impleatur conditio, vt expressis verbis docet Couar. *de p. d. h. 3. part. §. 2. num. 3. vers. non eberit de fideicommissio conditionali, quando quispiam grauat est restituere post mortem mihi, postum ante professionem renunciare, & sic non acquirit monasterium, etiam si conditio impleatur post professionem.* Ratio est, quia tunc habet legatarius spem, & ius succedendi in legato adimpleta conditione, quod ius potest interim renunciando se abdicare. Ergo addo secus dicendum esse, si ex contractu deberetur aliquid dependere à professione futura: vt si promissum dare tibi aliquid, si professus fueris; tunc enim valet renunciatio, & non succedit monasterium, quia, cum in contractibus conditio retrotrahatur ad tempus contractus initi, est perinde, ac si conditio esset impleta à principio. Accedit hæc non esse conditionem potestatiuam, sed mixtam, cum pendet à voluntate monasterij, & futuro euentu. Faciunt quæ de confiscatione diximus loco citato *lib. 2. huius operis. cap. 14. numero 21. & sequentibus.*

54 Tandem duo obseruanda sunt. Prius est: hæc omnia toto hoc cap. dicta de renunciatione hereditatis ascendentiæ facta à descendentibus, pari ratione procedunt in renunciatione ab ascendentibus facta respectu hereditatis descendentiæ. *l. 1. §. si parens. ff. si quis à parente fuer. manumiss. Sic Glossa pactum dotale. 3. verb. improbat. Orde collat. & ibi scribentes, & multos allegans contra Baldum tenet Antonius Gomez *l. 22. Tauri. numero 3. Tello l. 6. Tauri. numero 64. Molina lib. 2. de primog. cap. 3. numero 48. Gutierrez. de iuramento. 1. part. cap. 19. num. 4. Molina Societatis l. 5. v. tom. 3. de instituta. disp. 579. num. 13. vers. eo verbo ipso.**

55 Posterior est: in omnibus casibus, in quibus huc-utque diximus renunciationem contruere, & renunciationem succedere in bona, quibus renunciatur, succedet eodem modo in illa monasterium succedendi capax, in quo renunciatis ille iam professus est. Quod

*Summe Tb. Sanchez pars 11. l.*

nemo negabit, quia in omnia iura professi succedit monasterium, vt in sequentibus est late tractandum.

CAPVT VIII.

Qualiter professis interdictum sit testari.

SUMMARIVM.

Quor. quæstiones disputanda sunt. n. 1.  
 Professus interdictum est testari. n. 2.  
 Quod ad pias causas sit. 3.  
 Quo iure interdicatur illis testari? n. 4.  
 An Prælati Pontifice inferiori possit in hoc dispensare, aut Prælati cum conuentu? n. 5.  
 An possit testari ex superioris licentia de rebus alienis, accedente domini consensu? n. 6.  
 An si tunc professus testetur, teneatur dominus legatam implere? n. 7.  
 Possit non tanquam testator, sed tanquam persanarium elector mortis tempore disponere. n. 8.  
 An possit ex licentia superioris codicillos facere? n. 9.  
 An possit donationem causâ mortis facere ex superioris licentia: referuntur quædam sententia. n. 10.  
 Proponitur sententia auctoritatis. num. 11. & ibi quid de fratribus Minoribus.  
 An possit Prælati concedere religio, vt scriptum relinquat quid fieri velit de suis bonis? n. 12.  
 An ex contractu Prælati cum religio, vel domini cum seruio, oriatur naturalis obligatio, aut ciuilitas? idem est dicendum de vtraque obligatione. n. 13.  
 Referuntur quædam sententia. n. 14. & 15.  
 Explicatur sententia auctoritatis. n. 16. 17. & 18.  
 An professus possit testari, quando tempore professionis seruauit sibi aliqua bona, de quibus testari valeat? numero 19.  
 An professus possit primogenium instituire? n. 20.

QVATVOR circa hoc disputanda sunt. Primum est in genere, an professus interdictum sit testari? Et de hoc est præsens caput. Secundum est, an professus habenti ascendentes, aut descendentes liceat inter illos testari? Tertium, an à tempore professionis debeatur legitima patris professi filijs, vel filij professi parentibus? Vltimum est, an professio integrum sit testamentum ante professionem factum reuocare, aut declarare? Et de his tribus disputabitur triplici cap. sequenti. Præsens autem disputatio triplicem questionem enodandam petit. Prima est. An quæuis dispositio per vltimam voluntatem sit interdicta professis, & quo iure? Certissimum apud omnes est, professis interdictum esse testari, & testamentum factum ab ipsis fore irritum. Constat ex auctor. *ingressi. C. de sacrosanct. Eccl. & cap. quia ingrediensibus. 19. quest. 3. & cap. 2. de testam. & l. reg. 17. tit. 1. part. 6.* Huius autem ratio reorditur ea auctor. *ingressi,* quia professi proprium non habent. Quæ ratio non caret difficultate, quia res aliena legari potest: & competit legatario actio ad illius rei estimationem aduersus hæredem. *l. cum alie vni. §. si res aliena. C. de legat. & §. cui fundus, cum sequenti. instit. de legat.* Quare ea ratio sic intelligitur; nequit professus testari, quia nec proprium habet, nec prii habendi est capax: cum enim testari sit quidam

*E o 3 dominij*